

April 25/65

OPÚSCULUM

IN QUO

PLÚRIMI ERRÓRES REFELLUNTUR,

NOSTRIS TEMPÓRIBUS GRASSANTES:

Ab A. RR. PP. in Sacr. Theol. Magistris

FR. NARCÍSSEO PUIG, ET FR. FRANCISCO XARRIÉ;

ÓRDINIS PRÆDICATÓRUM.

—
SUPERIÓRUM PERMISSU
—


BARCINÓNE.

APUD JOSÉPHUM RUBIÓ,

IN VICO COMMÚNITER DICTO, BAJADA DE LA CÁRCEL.

—
MDCCLXV.

3434




no 1186 / of 376

247-3624

29-2^a bis

OPÚSCULUM.



3437

OPÚSCULUM

IN QUO

PLÚRIMI ERRÓRES REFELLÚNTUR,

NOSTRIS TEMPÓRIBUS GRASSÁNTES:

Ab A. RR. PP. in Sacr. Theol. Magistris

FR. NARCÍSSO PUIG, ET FR. FRANCÍSCO XARRIÉ,

ÓRDINIS PRÆDICATÓRUM.

SUPERIÓRUM PERMÍSSU.

BARCINONE.

APUD JOSÉPHUM RUBIÓ,

IN VICO COMMÚNITER DICTO, BAJADA DE LA CÁRCEL.

—
MDCCLXV.

Jus proprietatis Óperis est penès Collégium Olcánia, sive Ocañia,
Órdinis Prædicatórum; ipsúmque apud Tribunália jus vindicábit
proprietatis contra invasóres.

CENSÚRA.

Perillústris D. D. Andréa Posa et Moréra, Pbri., in Sacra Theológia Licentiáti, Philo-
sóphiæ Bacaláurei ; in alma Barchinonénsi Ecclésia Canónici Lectorális, olim in Seminá-
rio Trid. Vicénsi, póstea verò in Pontificio, ac Regáli Lycæo Barchinonénsi Sacræ Scién-
tiæ Moderatóris.

Exmo. ac Ilmo. DD. Pantaleóni Monserrat et Navárrro, Dei et Sanctæ Apostólicæ Sedis
grótia Epíscopo Barchinonénsi, Equiti Magna Cruce Regalis Órdinis Americánæ Isabellæ
Cathólicæ insigníto, Regínæ Hispánicæ à Concilliis, etc. etc.

Exme. ac Ilme. Dómine :

Fulgéntior certè ac venústior, qui in coróna Institutiónum Theologicárum, quas clar.
PP. MM. Narcíssus Puig, et Francíscus Xarrié Órdinis Prædicatórum inclitæ Juventútis
utilitáti, cómmo, ac illustratióni peramánter cónsecrant, exúrgit ac émicat flos, istud
absdúbiò est additaméntum, seu opúsculum ejus censúra à Te mihi fuit viva voce com-
missa, et in quo plúrimi, hiq; acríores, audacióres, atque impudentióres, qui dilectís-
simam Christi Sponsam, Ecclésiám, scilicèt, Cath. Apost. Románam non tam férreis, quam
ferruginátis armis péssimis híscè diébtis quaquavérsum lacéssunt, erróres refellúntur, dis-
sipántur, atque in níbilum redigúntur. Quóniam étenim miseris híscè tempóribús Im-
pietas non quidem horríficis, ac fædíssimis suis caractéribus ódium, atque náuseam
excitántibús clarè sese pródiens, sed pulchérriima christianárum virtútum, ac nóminis
colóre larva depícta fáciem cállidè decórans quási próprium áccipit munus, júvenes
præcipuè, sed prætèrea étiam quotquot fidèle Christo Jesu præstant obséquium à veritátis
recta sémita deviándi, atque in tenebrósum erróris bátratrum nedum hómínem religi-
sum, sed morálem étiam, et sociálem inducéndi ; inde quod Ven. nostri Senes artes atque
modos, quibús speciósa, atroxque illa Siréne suum sibi plaudet consecútura objéctum,
et aperiéndò, et deturpándò, máximum et Religióni, et Reipúblicæ exhibent beneficium.
Nostrúm enim nemo siccis óculis valébit intuéri, acerbíssimam animárum stragem, quam
versipéllis illa ac cruentíssima vulpes in pulchérriimo Ecclésiæ campo nunc *nóbiles super-
bia*, nunc *simplices cállida fallácia* in errórem inducéndò acerbíssimè patrávit. Hujus tam
immánis calamitátis miseráti doctíssimi ac piíssimi Púxius, ac Xarriérius præcélsum hocce

errorum nostri tēporis tractātum, atque refutatiōnem elucubrāvunt, ut ita sacerdōtes, jūvenes litteris vacātes, atque laici omnes victricia fulgentiaque prae mánibus habērent arma, quibūs lupos ovinis licet pēllibus vestitos agnōscerent, eorūque conātus oppugnārent, vacuōsque relīnquerent. Quia ergo pōtior, quem impij in scelestissimo hoc adversus christiānam Religiōnem bello intēdunt, scopus est, revelatiōnem, quāsi ratiōnis naturalis infensissimum hostem, è médiō tollere, ut ta natūra primigēnio deturpāta peccato, fractis omnis legis, atque honestātis repāgulis, liberrimē adfēctibus, vitiis, ac concupiscēntiis possit indulgēre et omni spurcitiā debachari; ideō Sap. Senes opūsculum incipiunt tractātu: *De supposititia contrarietate rationem inter et Revelatiōnem*: quo confutātis ac protritīs adversariōrum fallāciis, vera ac concors harmonia, amicitiaque inter utrāsque limpidissimō velut spēculō ostēnditur. Quia verō stabilita Revelatiōnem inter et Ratiōnem concōrdi consonāntia, hęc sola peccāti tēnebris fucāta flaccida est ac imbecillis ad veritātes principaliores detegēdas, atque ad genuinam felicitātem nobis ostēdēdam, inde dedūcunt nostri Sapiēntes, evidentissimēque ostēdunt hōminem supérna Revelatiōnis claritāte ac splendōre indigēre, ut mūnia, quibūs erga Deum, seipsum, suosque consimiles ligātus est, agnōscat, ac perfectē adimpleat, ut virtutes sequatur, vitia fūgiat, cætēraque omnia perficiat, quæ ipsum verē felicem ac beatum efficere possint.

Solidissimis hīscē atque incontrovertibilibus veritatibus firmiter stabilitis, ad Monstra errorum atque paradōxon, quæ ex earūdem despectu atque pērvicaci resultatiōne etiā invito dissidentium ánimo, atque máximo quidem et Religiōnis, et societātis nocumēnto, funestis simoque exitio cōnsequi debent, proterēnda, atque extirpānda, descēdunt; atque ita victricia jūvenibus, qui advērsus tumultuāriam impietātis, insulsæque Philosophiæ cætērvam collectatiōnem piē, fortiterque aggrediūntur, arma præbent tanti óperis invictissimi Auctōres. Cūm autem nequissimæ hujūscē bēstiæ scelerāta proles sint: Radicalismus, Socialismus, Communismus, et Pantheismus; ea propter in *Capp.* 3.º 4.º 5.º et 6.º ad impiūssima, atque verē antisociālia hęc sistēmata evertēnda, atque in pūlverem redigēda toti se dedunt Nostri Pūxius et Xarriērius.

Quare cum Magnetismus, seu Mermerismus, ac Frænologia sutiliores ac callidiores artes sint, quibūs impietātis Coriphæi simplicium ánimos in damnificam indūcunt opiniōnem, quod res miræ, seu mirācula etiā naturalibus viribus patrāri possunt, iis prorsus similima, quæ in Sac. Litteris Deo soli tribuūntur, juxta prophēticum adsērtum: *Psalm.* 71, 18: *qui facit mirabilia solus*: ut hęc cum illis confundēndō, et Jesum Christum cum præstigiatoribus et magis relegāndō, et Religiōnem Christiānam, quæ ab illis máximē fulcitur, et roboratur, invēntum júdicent humānum, et Divinum ipsius Auctōrem nil præter hōminem esse, impiūssimē autūmnet: ideo, *capp.* 6.º ac 7.º *hujus appendicis*, utrique prædictarum hōminum adinveniōnum certī, ac proprii figūntur límites, quos intra nihil inveniri valet aut dōgmatum fidei, aut morum disciplinæ repūgnans, ultra verō tenebrōsa sunt invēnta, quorum effectus sunt, *deordinatiōnem introducere in omnibus hōminum facultatibus tum physicis tum moralibus*, viamque planam aperire tum ad fatalismum, tum ad materialismum máximo Religiōnis ac Societātis nocumēnto.

Neque hic sola ágitur quæstio de principiis sterilitate laborantibus, Exme. ac Ilme. Præsul, sed; heu! etiam de effectibus, sive de atrocium horum parentum mordaci propagine, fatalismo, nempè, atque materialismo positivis, quibus tot tantarumque animarum strages crudelissimè patratur; atque Sancta Mater Ecclesià acerbissimo cordis dolore plangere cõgitur lacrymabunda. Hinc, Obsequentissimi Piissimique tantæ Matris filii, Púxius, et Xarriérius, ut amarissimis ejus angõribus solatium præbeant et leniméntum, infanda hæc deliramenta pandunt, aggreðiuntur atque dispèrdunt in *capp. 8.º et 9.º hujus eximii Appèndicis*.

Cùm verò indifferentismus in matéria Religiónis, cum libero exámine, atque cultus libertate amplissimæ sint portæ ab hæresiarcis apértæ, ut per eas omnibus erroribus, atque cavillationibus in societatem humánam patéret ingressus, ideo hujúscæ appèndicis Auctóres tãquam veri Religiónis athletæ, ad teterrimos eos humanitátis hostes profligandos armis pugnant invictissimis, eoque felici événtu, ut qui, *cap. 9.* doctrinam perfectè didicerit, eaque in congressu cùm hominibus impiis pugnaverit, proculdubio de gente non sancta causam suam longe discretam, et ab hómine iniquo et doloso se eréptum gaudébit exultanter.

Insuper fortiter, audacterque conátur impietas præsertim miserà hãc nostrà ætate, utque nefarium assequátur propositum, etiam per suos gregales ad pública missos Comitía id persæpe clamorosis sophismatibus attentat, ut nempe forum Ecclesiasticum incompetens esse persuádeat ad causas matrimoniales, hasque et sponsalia suapte naturã ad forum civile pertinere; unde nefandæ, atque chimericæ distinctiones matrimoniõrum *Ecclesiasticõrum*, sive *sacramentalium*, atque *mere civilium*; quãsi hæc inter catholicos à ratione sacramenti seclúsa *veri* non sint semper *concubinatus*; ergo mortiferum huncce errorem è médio tollit tractátus, quem clar. nostri Senes instituunt, *capp. 11.: De Matrimoniis mixtis et Ecclesiæ facultate impedimènta Matrimoniis apponendi*.

Tandem, quia Ecclesiæ inimici, sub atra portarum inferi larva in Evangélio depicti, advèrsus eam se prævalitum ire, arbitrántur, si suprénum Ipsius Hierarcham, Summum, scilicèt, Pontificem regáli dignitate, atque omni pænitus temporáli dominio depõnere, adipiscántur; proptereaquod humanõrum adfectuum, ut ipsi opinántur, manéret vile mancipium, hocque ideo

CLAMÓREM RANÆ SUSTULÈRE AD SYDERA,

quãsi tale domínium summam ejus dedéceat sanctitatem, debitamque rebus spiritalibus aliò distrahat attentionem, magnò fidélium incõmodò, ac detrimèntò; his ergo fallaciis atque conviciis suum *De domínio temporáli Papæ* tractátum sapientissimè oppónunt septuagenarii hujus Appèndicis Auctóres, qui magnánimi velut héroes, et sua prudèntia ipsõrum hóstium armis victóriam parant; et sua fortitúdine jurátos Religiónis inimicos súbigunt, atque devincunt, Ecclesiæ existèntiam, attentò præsentí rerum órdine, ab independènti et libero Pontificiæ potestátis exercitio necessariò pendere, clarissimè demonstrántes.

En, Exme. ac Ilme. Præsul, summatim doctrinam, quam Clar. Púxius et Xarriérius in hoc Appèndice, quem cum Ópere Institutiónum, quibus annéctitur, Bibliotecharum Ecclesiæ

Christiánæ inestimabile Thesáurum óptimè appellárim, profundè ac sapientissimè dilúcidant. Útinam horum longævórum, atque honorábilium Cápítum documénta, suasiónes, ac mónita Pantheístæ, Materialístæ, Indifferentístæ, cæteríque Libertíni Philósophi audírent, æquipénderent, atque amplecteréntur aliquándo! Nec monstra tam multiplicíum paradoxórum atque sistématum à veritatè et ratióne plenè aberrántium societátis viscera dilacerárent, nec impietátis truculénta béstia Cathólicam Ecclésiám lacésseret. Hæc ut quandóque evéniant, ac tandem Christi Sponsa in terris militans optáta pace fruátur, huncce Appéndicem suis Sac. Theologiæ Institutió nibus addidérunt Clar. Púxius, et Xarriérius, ut ita Christiáni omnes, præsertim tamen júvenes líteris et sac. et proph. in Semináriis, Universitatibus, alisque Collégiis minóribus vacántes vel oblectaménti solúm cáusa legéntes hunc librum, ad Religió nem Cathólicam Románam ab oppó sitis vindicándam, atque advérsus sceléstos impietátis philósophos securè congregiéndum arma habérent continuò paráta, atque fortíssima. Faxit Deus, munificis Sénium desidériis hóminum Christicoléntium gratitúdinem ex íntegro respondére, tunc équidem sanctíssimi objécti consecutió nem absdúbio et celériter probábit evéntus. Hæc mea præcélsi hujus Óperis est Censúra, Exme. ac Illme. Præsul: hocce meum Judiciúm. Barchinóne quarto idus Februárii anno milléssimo octingentéssimo sexagéssimo quinto.

ANDRÉAS POSA ET MORÈRA, Canónicus Lectorális.

Barcelona 13 de Febrero de 1865.

Vista la favorable censura que ha formulado D. Andrés Posa, Canónigo Lectoral de nuestra santa Iglesia catedral de la obra titulada: OPÚSCULUM IN QUO PLÚRIMI ERRÓRES REFELLÚNTUR, NOSTRIS TEMPÓRIBUS GRASSANTES: A. RR. PP. IN SACRA THEOLÓGIA MAGISTRIS FR. NARCISSO PUIG ET FR. FRANCISCO XARRIÉ, ORDINIS PRÆDICATÓRUM, á quien dimos comision al efecto, y considerando la grande utilidad de la misma, venimos en aprobar y aprobamos la Obra mencionada, y damos nuestro permiso para su impresion y publicacion.

PANTALEON, OBISPO DE BARCELONA.

Por mandado de S. E. I. el Obispo mi señor,

DR. LÁZARO BAULUZ, Secretario.

BENÉVOLO LECTÓRI.

En benévole Lector Opúsculum, quod in calce Tomi quárti nostrárum Institutiónum Theologicárum sumus polliciti : et quod ad instar cujúsdam additaménti, eisdem Institutiónum póterit deservíre. In hocce Opúsculo reperiúntur arguménta, quibus, juxta princípia, et doctrínam, quam in *Institutiónum* inculcávimus, plúrimi refellúntur erróres, nostrá tempestate tum Religiónum, tum Societátem miserè vexantes. Oh Útinam ! Qui densíssimis ténebris immérsi reperiúntur, quámvis *illustrátos* se jactent, tandem aliquándo rescipíscant, oculosque aperiéntes luci, respóndent ómnibus veritátis sectatóriibus : *Omnes nos palmam gérimus : Vos, Nostrí ; Nosque, erróris.* Vale.

CAPUT I.

DE SUPPOSITITIA CONTRARIETATE RATIONEM INTER, ET REVELATIONEM.

1. Hic error palmáris inter univér-
sos incredulos grassátur, videlicet, Ra-
tionem ac Revelationem, seu Fidem,
velut duos infensissimos hostes inter se
ad invicem dimicáre. Nos verò hunc in-
credulorum errorem ex íntimis exe-
crántes, osténdere aggrédimur, tantum
abesse ut Fides Rationi, vel Rátio Fidei
adversétur, quin pótius tum Rátio, tum
Fides inter se amicissimò fædere copu-
lántur. In ánimum nostrum non indú-
cimus altíssimas Fidei veritátes, argu-
mentis à ratióne humána depróptis,
támquam tótidem demonstratiónebus,
Adversários nostros obrúere; id enim
idem esset ac Órbibus cœlestibus susti-
néndis fictiles colúmnae velle írrito co-
nátu aptáre. Id solùm aggrédimur os-
téndere, Fidem non enerváre ratióne,
sed pótius illam perficere, ac sublimá-
re; et vicísim rectam ratióne non re-
jicere, aut aspernári Fidem: sed ipsam
pótius ceu è Cœlis delápsam Ducem, ac
Magístrum agnóscere; adeoque non ip-
si bellum indicere, sed ex oppósito in
ejus obséquium sese fidéliter mancipáre.
Sed ad rem.

2. Doctrína Fidei, seu Reveláta, ad
duo cápita valet revocári, nimirum, tum
ad doctrínam speculátivam, seu spectán-
tem Dógmata credénda; tum ad doctrí-
nam prácticam, seu Ethicam morum
informatióne spectántem. In néutra
parte, Fides rectæ ratióne adversátur.
Non in parte speculátiva. Nam recta rá-
tio ineluctabilibus victa arguméntis Dei
agnóscit existéntiam; id ipsum docet
Fides: Dei agnoscit unitátem; id ip-
sum docet Fides: Dei agnóscit immu-
tabilitátem, ita ut nihil ipsi addi, nec
áliquíd ab ipso súbtrahi possit; id ip-
sum docet Fides: Deum agnóscit ætér-
num, ita ut tum iníto, tum fine cáreat;
id ipsum docet Fides: Deum agnóscit ut
omniscium, útpotè in omni gènere per-
fectíssimum; id ipsum docet Fides:
eum agnóscit ut imménsum, útpotè nul-
lum circumséptum términis; id ipsum
docet Fides: eum agnóscit Omnipotén-
tem, útpotè ut perfectíssimum omnem
plenitúdinem potestátis habéntem res-
péctu ómnium possibilium; id etiám do-
cet Fides: eum agnóscit rerum ómnium
Conditórem, cùm à primo ente, éntia

secundária depéndeant ; id ipsum docet Fides: eum agnóscit próvidum, útpotè res ab ipso cónditas in fines sibi próprios ordinántem; id ipsum docet Fides: eum agnóscit ut suprénum Legislatórem, leges indicéntem homínibus per quas, et à malo declínet, et ad rectum trámitem perducántur, præmia impariéntem bonis, malos áutem pœnis afficiéntem, vel umbram iniquitátis, útpotè sanctíssimum, aversántem, non nisi quod rectum est semper præscribéntem; id ipsum docet Fides. Ne tædiósi simus in hujúsmodi extendéndis parallélis, unò verbò, quærimus, quid in hac parte recta rãtio attingit, et attingere valet, quod Fidei adversétur? Próferant incréduli; et tacébitur.

3. Quoad partem verò prácticam, seu Ethicam morum informatiónem spectántem, tum recta rãtio, tum Fides docent officia hóminum tum erga Deum, tum erga seípso, tum erga próximum adimplénda. Erga Deum docent: Deum coléndum, ex toto corde amándum, et quidem super ómnia; ei débitum honórem, et obediéntiam præstándum; ejus præcépta adimplénda; ejus sacro-sanc-tum Nomen in vanum non assuméndum; dies festos in ejus obséqium celebrándos: et ut unò verbò dicámus tum Rãtio, tum Fides convéniunt in docéndo ómnia præcépta, quæ in Decálogo continéntur.

4. Hinc recta rãtio, et Fides convéniunt in docéndo quáliter se gérere debet homo erga álios; nempè: ut pacem cum ómnibus habeámus; ut amémus étiam eum, qui nos áliquà offénsione contristáverit; ut beneficiámus étiam ei, qui nos ódiò prosequátur; ut ubique humanitátem, benignitátem, paciéntiam, cæterasque virtútes executiáni mandémus; docent exuláre à societáte,

non solùm homicídium, verùm étiam verbis contumeliósis próximum lacés-cere, irásci, et rixári; áliquem dolò circumveníre; subjéctos pópulos tribútum, honoremque præstáre Princípiibus; máritos uxóribus amórem; uxóres marítis, præter amorem, obséqium; servos suis Dóminis subjectiόνem; Dóminos áutem erga suos servos humanitátem, et charitátem, quæ nullá eujúspiam nequiliá se vinci patiátur.

5. Rãtio tandem et Fides convéniunt in docéndo officia hóminis erga seípsum, nempè hómini incúmbere secúndum præscriptum ratiónis vívere; magnánimè despiciátui habére, et illecebrósas carnis voluptátes, quæ hóminem juméntis insipiéntibus assimílant, et falláces divítias, cùm hóminem à débita rectitúdine révocant, et supérbum fastum hóminem supra se indébitè extolléntem; sápere ad sobrietátem; honóres, et dignitátes sibi indébitas non ambíre; unò verbò, passióibus immoderátis non indulgére. Quò argumentò igitur incréduli eujuscumque témporis evincere póterunt, Ratióne Fidei, vel Fidem ratióni adversári?

6. Ex dictis némini in mentem véniat, nos existimáre, ratióne tot docére veritátes, quot docet Fides. Cùm Dei múnere Cathólici simus, firmiter tenémus, Fidem pléraque edocére ad quæ rãtio non pertíngit, adeóque captum ratiónis omníno súperant. Ex hujúscæ géneris veritátibus Incréduli ansam arripiunt ad blaterándum, Fidem ratióni esse contráriam. Sed imméritò. Quid enim repugnat assérere, Deum humanárum méntium creatórem, posse in ipsis eárum veritátum ideas, quas vult, imprimere? Quid repúgnat, Deum in méntibus hóminum scúlpere ideas rerum arcanárum, et omnem humánam

investigatióem superántium? Quid repugnát, Deum sapientíssimum, et óptimum mentes hóminum densis involútas ténébris, cognitióne sui ipsius, ac cognitióne eórum, quæ ágere debent, illumináre, cultum eis aperiéndò, quem sibi præstári velit; præmia, suppliciaque, quæ in áltera vita hómines manent, proponéndò; ratióem, quâ suórum criminum véniam cónsequi váleant, ostendéndò; modum significándò, quò suam sanant corruptióem, cupiditátes ratióni subjiciéntes; viam dénique indigitándò, quâ ad últimam possint pertinere felicitátem? Deus útique est in quovis bonórum génere infinitus: ille igitur, plura in infinitum cognóscit, quàm quæ ratió humana, quæ finita est, ac limitáta. Si áutem homo potest ea, quorum cognitióem habet, manifestáre álíis, qui hujúsmodi cognitióne carent; à fortióri Deus póterit homínibus osténdere ea, quæ sunt sibi nota, quámvis ex iis sint, quæ hóminis súperant captum.

7. Sed repóñent incréduli: undè constat de facto Deum homínibus revelásse ea, quæ Cathólica Fides compléctitur? Undè? Cónsulant incréduli Angélicum Præceptórem, *Lib. 1 contra Gentes, c. 6*, hæc scribéntem: «Deus ad cónfirmándum ea, quæ naturálem cognitióem excédunt, ópera visibíliter osténdit, quæ totiús natúráe súperant facultátem, vidélicet in mirábili curatióne languórum, mortuórum suscitatióne, cœléstium córporum mirábili immutatióne, et, quod est mirábilius, humanárum méntium inspiratióne, ut idiótæ, et simplices, donò Spíritus Sancti repléti, summam sapiéntiam, et facúndiam in instánti consequeréntur. Quibús inspectis, prædicatiónis effecácia non armórum violéntiâ, non voluptátum promissióne, et, quod est

«mirabilíssimum, inter persecutórum «tyránnidem innumerábiles turbas non «solúm simplicium, sed étiam sapiéntissimórum ad fidem Christiánam convocávit, in qua omnem humanum intellectúem excédéntia prædicántur, voluptátes carnis cohibéntur, et ómnia, quæ in Mundo sunt, habéri contéptui docéntur. Quibus ánimos mortálium assentíre, et máximum miraculum est, et manifestum divínæ inspiratiónis opus, ut contéptis visibílibus, sola invisibília cupiántur. Hoc áutem non súbitò, neque casu, sed divínâ dispositióne factum esse, manifestam est ex hoc, quòd hoc se factúrum Deus multis ante Prophetárum prædixit oráculis.... esset áutem ómnibus signis mirábilius, si ad credendum tam árdua, et operándum tam «difficília, et ad sperandum tam alta, «Mundus absque mirábilibus signis inductus fuisset à simplicibus, et ignóbilibus homínibus (*quáles fuérunt «Apóstoli*), quámvis non cesset Deus «étiam nostris tempóribús ad cónfirmatióem fidei per Sanctos suos miracula operári.» Igitur vel ipsi incréduli velint, nolint, fatéri tenéntur, Revelatióem esse factam. Ut enim scité observat idem Angélicus Dr.: «Si Rex «mitteret litteras cum sigillo suo signátas, nullus auderet dicere, quòd «illæ litteræ non processissent à Regis «voluntáte. Constat áutem quòd ómnia, «quæ Sancti credidérunt, et tradidérunt nobis de fide Christi, signátasunt sigillò Dei, quod sigillum osténdunt illa ópera, quæ nulla pura creatúra fácere potest, et hæc sunt (*inter «alia*) mirácula, quibús Christus cónfirmávit dicta Apostolórum, et Sanctórum.» Áddimus ex consulto *inter alia*, quia præter mirácula, extant alia

divina signa ineluctabiliter evincéntia, Divinam revelatiónem esse factam, ut vidére licet *Tom. 1.º* nostrárum Institutiónum Theologicárum à n.º 32, ad 86 inclusivè. Cónsulant étiam Increduli divínæ revelatiónis Apologistas, ut Gauhátum, Bergiérum, et Valséchiúm, qui fusè scripsérunt præsertim advérsus Rousseájum, Boulangiérum et Frerétum; qui fáces omnes aliórum incredulórum conglobáruunt.

Nunc ergo: comprobátâ revelatiónis existétiâ, póterunt ne quidem Increduli vel somniáre veritátes revelátas ratióni esse contrárias? Matériam hanc pertractávit D. Thom. et quidem eo admirábilí, et omni exceptiÓne majóri ingéni acúmine, quò, vade Wolfio, in evolvendis, discutiendisq; arguméntis, præstábat vel máximè sublimibus, excelsisque Philósophis. Prævidens jam quidquid nostrâ ætate in hac matéria increduli excogitáre ac dicere ausi sint, demonstrávit fieri non posse, ut veritátes, quæ per revelatiÓnem habéntur, advérsentur ratiÓni. Et quidem: juxta S. Doctóris doctrinam, veritátes, quas ratió naturalis cognóscit, sunt dúplicis géneris: aliæ, quas cognóscit absque discúrsu, sed ex sola perceptiÓne terminórum quibús enuntiántur; ut *Totum est majus sua parte: impossibile est idem simul esse, et non esse*, etc. Harum veritátum cognitio dicitur ratiÓni naturaliter insita, quia ad eas dignóscendas, ratió non indiget discúrsu, sed sibi sùfficit lumen, quod à Deo simul cum natúra accépit. Aliæ autem sunt veritátes cum hisce principiis necessarió connéxæ, quas ratió cognóscit médiò discúrsu, et quidem demonstrativò, necessariò inferénte connexiÓnem necessariam harum veritátum cum primis principiis, absque discúrsu à ratiÓne evidénter cÓgnitis, seu percép-

tis. Sic e. c. Ex quo totum est majus sua parte, necessariò infértur, nullam esse córporis partem, quam corpus non excédât. Ex quo impossibile est idem simul esse, et non esse, necessariò inférimus, hómínem non esse brutum, quia simul esset, et non esset homo. Sédulò notándum, quòd cum sit necessariá connexiÓ inter has veritátes, et prima principiá ex quibus necessarió eruúntur, impossibile est quòd non sint vera, quæ ex primis principiis necessariá consecutiÓne fluunt. Ad demonstrándum ígitur ea, quæ per revelatiÓnem habéntur, mínimè esse contrária veritátibus per ratiÓnem cÓgnitis, sùfficit demonstráre, revelatiÓnem mínimè esse contráriam veritátibus, quas diximus ratiÓnem naturaliter cognóscere. Hæc dúximus præmonénda, ne cui videántur manca arguménta, quibús Angélicus, *lib. 1.º contra Gentes, c. 7*, invictissimè demonstrat, RevelatiÓnem mínimè ratiÓni advérsári. En tanti Doctóris verba:

«Ea, quæ naturaliter ratiÓni sunt insita, verissima esse constat, in tantum aut nec ea esse falsa sit possibile cogitare; nec id, quod fide tenetur, cum tam evidénter divinitus confirmátum sit, fas est crédere esse falsum. Quia ígitur solúm falsum vero contrárium est, ut ex eórum definitiÓnibus inspéctis manifestè appáret, impossibile est illis principiis, quæ ratió naturaliter cognóscit, prædictam veritátem fidei contráriam esse.»

Item: «Illud idem, quod indúctur in animam discipuli à docénte, Doctóris sciéntia cÓntinet, nisi doceat fictè, quod de Deo nefas est dicere. Principiórum autem naturaliter notórum cognitio nobis divinitus est indita, cum ipse Deus sit áuctor nostræ natúræ. Hæc ergo principiá étiam divína sa-

«piéntia contém. Quidquid igitur prin-
«cipiis hujusmodi contrárium est, est
«divinæ sapiéntiæ contrárium: non
«igitur à Deo esse potest (*Deus enim*
«*non potest sibi esse contrárius*). Ea
«igitur, quæ ex revelatióne divina per
«Fidem tenéntur, non possunt naturáli
«cognitióni esse contrária.» Ália argu-
ménta ad hanc rem faciéntia affert ibi-
dem S. Dr.: hæc tamen sufficiant ad
incredulórum insánam, aut fraudulén-
tam senténtiam labefactándam, quæ eò
infirmior apparet, quò diligentius con-
siderántur fundaménta, quibus ea con-
nántur superstruere.

8. Celeberrimam distinctiõem, quæ
intercédit *inter id, quod excédit ratió-
nem, et id, quod est ratióni contrarium*,
Bælius, *Repons. aux quest. d' un*
Provinc., chap., 159, in exámen révo-
cans ásserit, eam esse imagináriam, et
proíndé, si dicimus Revelatiõem res
continére humánam captum superántes,
necesse étiam esse, ut fateámur, Reve-
latiõem docere res ratióni contrárias.
In hocce Bælii principio convéniant om-
nes, quos impugnámus, incréduli.

9. Ast verò; quàm imméritò ássé-
runt, distinctiõem *inter id, quod*
*excédit ratiónem, et id, quod est ratió-
ni contrarium*, esse imaginária! Eam
esse, non imagináriam, sed veríssimam,
evidéntissima experiéntia, quovis die, in
nobis demónstrat. Quilibet enim in se-
metípso experitur, sénsibús se percípe-
re objécta, hasque sensatiónes ad áni-
mam usque transire, ádeò ut eárum
memóriam retíneat, étiam cum sensa-
tiónes evanescunt: quilibet in se experi-
tur cum volúerit, et quò volúerit mem-
bra sui córporis movére: quænam áu-
tem ratió humana comprehéndit quómo-
do hæc fiant? Quilibet experitur ex sé-
mine nasci plantas, et à plantis íterum

prodúci semen, ex quo juxta diversitá-
tem plantárum diversæ suboriántur plan-
tæ. Quis áutem comprehéndit quáliter
ex sémine possunt oriri plantæ, ac ex
plantis íterum prodúci semen? quilibet
experitur, quantitátem, puta, líneam
esse finítam, et tamen continére partes
in infínitum divisibiles: hoc est naturæ
mystérium, quod cujúsvis intelléctús
humáni vim exsúperat, et quod tamen
præstantíssimus quisque mathemáticus
semper fassus est. Ex his ergo, et aliis,
quæ in hoc cápite missa fácimus, evi-
dentíssimum est dari theorémata, quæ
etsi ratiónem súperent, non tamen sunt
eídem contrária. Ad rem scitè ajébat
Angélicus Dr., *Opusc. 6, c. 1*: «Si ho-
«mo nollet crédere, nisi ea, quæ cog-
«nósceret, certè non posset vívere in
«hoc mundo. Quómo enim áliquis
«(puta infirmus) vívere posset, nisi
«créderet alicui (*nempe médico*)? Quó-
«modo etiam créderet, quod talis esset
«pater suus (*adeóque jus habere ad ejus*
«*hæreditátem*)? Ídeò necesse est, quod
«homo credat alicui de iis, quæ perfec-
«tè non potest scire per se.» Crédere
áutem hujusmodi non est contrárium
ratióni. Non est igitur imaginária, sed
veríssima, ac réalis distinctio *inter id,*
quod excédit ratiónem, et id, quod est
ratióni contrarium. Sed de his íterum
cum Rationalísmum refellémus. Hic so-
lúm subjícimus hæc D. Thomæ verba,
lib. 1: contra Gent., c. 7: «Evidénter
«colligitur, quæcumque arguménta con-
«tra Fidei documénta ponántur, hæc ex
«príncipiis naturæ Índitis per se notis
«non rectè procédere: undè nec de-
«monstratiónis vim habent... et sic ad
«eas solvendás locús relínquitur.» Quod
útiq; non contíngeret, si ea, quæ sunt
fidei, essent contrária ratióni.

10. Ex dictis mínimè inferéndum,

humánam ratióem ab his, quæ sunt fidei omnínò debére præscíndere; ut enim scitè advértit D. Thom., *ibid.*, c. 8: «Humána ratió ad cognoscéndum fidei «veritátem, quæ solúm vidéntibus diví- «nam substántiam potest esse notíssi- «ma, ita se habet, quòd ad eam potest «áliquis veras similitúdines colligere; «quæ tamen non sufficiunt ad hoc, quòd «prædicta véritas quási demonstratívè, «vel per se intellécta comprehendátur. «Útile tamen est, ut in hujúsmodi ra- «tiónibus quantumcumque debilibus se «mens humana exerceat, dúmmodo de- «sit comprehendédi, vel demonstrán- «di præsumptio: quia de rebus altíssi- «mis étiam parvâ, et débili considera- «tíone, áliquid posse inspícere jucundis- «simum est.

«Cui quidem senténtiæ auctóritas «Hilárii concordat, quæ sic dicit in *lib. «de Trin. II., cap. IV.*, lóquens de hu- «júsmodi veritáte: Hæc credéndò inci- «pe, percúrre, persístite: etsi non per- «venturúm sciam, gratulábor tamen «profectúrum. Qui enim piè infinita «prosequitur, etsi non contíngat ali- «quándò, semper tamen proficiet pro- «cedéndò. Sed ne te inseras in illud se- «crétum, et in arcánum interminábilis «veritátis non te immérgas, summam «intelligéntiæ comprehendere præsu- «mens; sed intéllige incomprehensibí- «lia esse.» Hucusque Hilárius.

11. Præ óculis hábito, legem contrariórum esse non sibi favére, sed pótiús conári ad mútuò sese destruéndum. Cúm igitur ex his D. Thomæ et S. Hilárii verbis consentáneis his, quæ hucusque diximus, constet ratióem favére fidei, ac vicíssim fidem ratióni eam útique perficiéndò; líquet ratióem ac fidem non contrariári.

12. Hocce nostrum theóréma magis

magisque claréscit observándò, ratió- nem, quàm óptimè deservíre posse ad fidem suscipiéndam, cúm non habétur; ad eam conservándam, dum habétur; ad tela inimicórum retundénda, cum jam est hábita. Hinc quibúsdam placet, nec nobis displicet, ratióem relátè ad fidem in tríplici státu consideráre, nem- pé *ante fidem, cum fide, et post fidem.* Ratió deserviens ad suscipiéndam fidem, dicitur *ante fidem*; deserviens ad fidem conservándam, dicitur *cum fide*; deserviens áutem ad tela retundénda inimicórum, dicitur *post fidem.*

Ratióem áutem deservíre posse ad fidem suscipiéndam, patet consideránti, ratióem ántequam fidem amplectátur, quædam naturáliter cognóscere, quæ sunt præámbula ad fidem; uti Dei existéntiam, ejus unitátem, suam immutabilitátem, æternitátem, independéntiam, infinitam sapiéntiam, aliórum éntium ab ipso dependéntiam, ejus omnipoténtiam, infinitam perfectióem, etc., etc., hæc enim «invisibília Dei á creatúra mundi, «per ea, quæ facta sunt, intellécta cons- «piciúntur» ut *Epist. ad Rom., c. 1 v. 20.* observávit Apóstolus. Hinc méritò Tertullíanus advérsus Marcióem, *lib. 1. c. 18.* distinguens inter eam Dei cognitióem, quam ratió absque fide potest sibi ex creatúris comparáre, et eam, quæ tantúm ex Revelatióne obtinéri valet, inquit: «Nos definimus «Deum primò NATÚRA cognoscéndum, «dehinc DOCTRÍNA recognoscéndum; «NATÚRA ex opéribus, DOCTRÍNA «ex prædicatióibus.» Ádeò commúne fuit ómnibus SS. Pátribus, nos naturá, aut ex creatúris posse áliquam Dei habére cognitióem, ut permúltas, et quidem robustíssimas ediderint hujúsce rei demonstratióes, ut in eorum Opéribus vidére licet. Res est hæc ádeò compér-

ta, ut S. Thomas *lib. 1 contra Gentes*, c. 3. scripserit: « In his, quæ de Deo «confitemur... quædam sunt, ad quæ «etiam ratio naturalis pertinere potest, «sicut est Deum esse, Deum esse unum, «et alia hujusmodi: quæ etiam Philó-
«sophi demonstrativè de Deo probavé-
«runt, ducti naturalis lúmine ratiónis.» Undè S. Cypriánus de idol. vanit., p. 227 Éthnicum ita redárguit: «Hæc «est summa delicti, nolle agnoscere, «quem ignorare non possis.»

13. Hæc autem Dei cognitio, quam ex creaturis pòssumus habere, mirificè deservit ad fidem suscipiendam, ut declarat D. Thom., *lib. 2, contra Gentes* c. 2, cui hunc præfixit titulum: « Con- «sideratio creaturarum utilis est ad fidei «instructiõnem» idque ibidem probat in-
quiens: « Ex factorum (*id est, creatu-
«rarum*) consideratiõne divínam sapien-
«tiam colligere pòssumus, sicut in re-
«bus factis per quamdam communicatiõ-
«nem suæ similitudinis impressam: dí-
«citur enim *Eccl. c. 1, v. 10, effudit
«illam, scilicèt sapiéntiam, super om-
«nia ópera sua....* Hæc consideratiõ
«(nempè *creaturarum*) in admiratiõnem
«altíssimæ Dei virtutis ducit, et per cón-
«sequens in cõrdibus hóminum reverén-
«tiam Dei parit. Opórtet enim, quòd
«virtus faciéntis eminentior rebus fac-
«tis intelligátur... Ex hac autem ad-
«miratiõne, Dei timor procedít, et re-
«veréntia.

« Hæc consideratiõ (*creaturarum*) «ánimos hóminum in amórem divínæ
«bonitátis accéndit. Quidquid enim bo-
«nitátis, et perfectiõnis in diversis crea-
«turis particuláriter distribútum est,
«totum in ipso universáliter est adu-
«nátum sicut in fonte totíus bonitátis.

« Undè fides nos docet, quòd omne
«datum óptimum, et omne donum per-

«fectum desúrsum est descéndens à Pa-
«tre lúminum. Si igitur creaturarum
«bonitas, pulchritúdo, et suávitatis sic
«ánimos hóminum álicit; ipsius Dei
«fons bonitátis, rivulis bonitátum in
«singulis creaturis repértis diligénter
«comparátæ, ánimos hóminum inflam-
«mátos totalíter ad se trahet; sic igi-
«tur patet, quòd consideratiõ creaturá-
«rum (*quam ratio potest habere ante
«fidem*) pèrtinet ad instructiõnem fidei
«Christiánæ.» In horum confirmatiõ-
nem habémus apud Matthæum, c. 6,
v. 25 et sequent., Christum dixisse:
« Dico vobis, ne solliciti sitis ánime
«vestræ, quid manducétis, neque cõr-
«pori vestro quid induámini. Nonnè ani-
«ma plùs est quàm esca: et corpus
«plusquàm vestiméntum? Respicite vo-
«latilia Cœli, quoniam non serunt, ne-
«que metunt, neque cõngregant in
«hórrea: et Pater vester Cœlestis pas-
«cit illa. Nonnè vos magis pluris estis
«illis? Et de vestiménto quid solliciti
«estis? Consideráte lilia agri quómòdò
«crescunt, non labórant, neque nent.
«Dico autem vobis, quóniam nec Sáló-
«mon in omni glória sua coopértus est
«sicut unum ex istis. Si autem scenum
«agri, quod hódie est, et cràs in clíba-
«num mittitur, Deus sic vestit: quántò
«magis vos módicæ fidei!... Querite
«ergo primúm Regnum Dei, et justi-
«tiam ejus: et hæc ómnia adjiciéntur
«vobis.» Patet autem, quòd ad consi-
«derándum hæc ómnia, quæ Christus
«suádet consideránda, non requíritur fi-
«des; et quòd horum consideratiõ manu
«ducit, ad quæréndum Regnum Dei, quod
«non nisi per fidem habétur. Ratiõ ergo
«ante fidem deservit ad fidem suscipièn-
«dam.

14. Sed nec satis: proximiùs adhuc
Ratiõ ante fidem potest ad fidem susci-

piendam deservire : potest enim cognoscere ea, quæ appellântur *motiva credibilitatis* veritatum fidei. Hæc motiva credibilitatis sunt ea, quæ ita reddunt credibile id, quod est revelatum, ut excludant omne rationabile dubium, et etiam omnem rationabilem suspiciõnem falsitatis circa revelata. Hæc motiva credibilitatis, ut fusiõri calamo pertractavimus *Tom. 1* nostrarum Institutionum Theologicarum à n.º 32, usque ad 86, sunt præter alia, Prophetiæ adimplētæ ; miracula ; mirabilis introductio ; et propagatio Religionis Christianæ in Universum Orbem ; testimonium Martyrum Religionem Christianam suò sanguine obsignantium ; et puritas doctrinæ Christianæ, nullò prorsus errore aut maculâ fædatæ. Hæc motiva credibilitatis esse invictissima argumenta impellentia rationem ad assentiendum his, quæ sunt fidei, ostendimus *loc. cit. Tom. 1* nostrarum Institutionum. Quibus addimus hæc aurea Melchioris Cani verba de *Loc. Theol., lib. 9, c. 6* : « Sed quoniam hæreticis proclive est verum Patrum usum, auctoritatemque contemnere, ostendam deinceps, ipsorum quoque Apostolorum doctrinam, et exemplis, rationes naturales in Theologiam invectas : his adductos externos ad fidem ; confirmatos fratres ; invitatos dociles ; repulsos repugnantes. (*Clem. Alex., lib. 4 et 7. Strom. c. 8.*) Adducuntur primò ratione exteri ad fidem, et quasi præparantur. Deus quippè ad fidem in mortalium mentes inducendam naturæ incitamentis utitur. Hinc etenim et Resurrectionis suæ oculatos testes protulit, et miracula doctrinæ conjunxit : nimirum, ut Apóstoli non solum per verbum, sed etiam per ipsum opus persuaderent fidem audientibus, ut

« Epiphani., *lib. 2, hæres. 51*, docet, 1º
« Ambr. in *comment. epist., ad Rom. c. 1. Testis*, ait, *doctrinæ virtus est, ut quia quod prædicatur incredibile Mundo est, gestis fieret credibile : et Bed. lib. 3 in Luc., c. 7 : Concessã,*
« inquit, *primò potestate signorum, mihi sit prædicare regnum Dei, ut fidem verbis daret virtus ostensa.* Signis ergo, et miraculis via fidei per sensus, et rationem sternitur. Sic enim Sergius Paulus, vir prudens, cum vidisset factum, credidit admirans super doctrinam Domini. Sic Centurio videns quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens, *Verè Filius Dei erat iste....*
« Ac Petrus ipse aliò iterum loco (nempe *Act. 3, v. 15*), Christi resurrectionem insinuat audientibus, primùm a testium oculatorum certissimò testimonio, deinde evidentiâ miraculi editi. Nos, ait, *testes hujus sumus.* Et mox inquit : *In nomine ejus hunc, quem vos vidistis, et nostis, Deus confirmavit, et dedit integram sanitatem istam, in conspectu omnium vestram.*
« En Petrus, sensus ipsos citandò testes clarissimos veritatis, Christi resurrectionem suadere conatur. Nec frustra tamen ; multi enim audientium crediderunt. » Quem ergo huc usque dicta ponderandò præterire potest, Rationem ante fidem deservire posse ad fidem suscipiendam ?

15. Ex his suâ sponte fluit, quàm turpiter à tramite veritatis aberrerent, qui Rationem adeò deprimunt, ut eam penè ineptam ad verum dignoscendum prædicent, ut Scæptici qui de omnibus dubitant, statuuntque nihil certò posse cognosci. Luthérus, ac primitivi sui discipuli, dogmatizantes, sine fidei lumine nihil omninò, neque in ordine naturali, posse cognosci: Húmilius Brito, eò devé-

niens, ut astrueret, nullum esse reále obiectum humanárum cognitiónum: Kántius, Germánus, státuens, nos nullam habére cognitiónem eórum, quæ experiétiám transcéndunt, et ad hanc classem amandávit res omnes prout in se sunt, ex quo prófluit, ipsum, prout Húmíus, pútidum scepticismum, suó ádeò decantátò *criticismò* induxisse. Ex hac Kántii doctrína prófluit, Revelatiónem esse ex his, de quibus nihil sciri, aut certò affirmári potest. Verùm hæc sómnia delirántis Kántii evanescunt, nedum ex his, quæ supra diximus, nímirum, Ratiónem deservire ad suscipiendam fidem, verùm étiam ex his, quæ é vestígio sub-jicimus, nempé, Ratiónem *cum fide*, eídem, ad eam jam suscéptam conservándam quàm optimè deservire.

16. Id ostensári pérgimus adducéndò discrimen, quod inter veram Religiónem, et falsam versáur. Cùm enim véritas veritátis amíca sit, vera Religio fovétur, magisque roborátur ex cognitióne eárum veritátum, quas ratió naturalis dignóscere valet; erróres ántem magis, magisque ex tálíum veritátum cognitióne detegúntur. Hujúscé rei non leve quidem est indicium, quòd qui falsas profiténtur Religiónes, quántò sunt magis ignári, tantò pertinácius ipsis adhærent; quò ántem sapientióres sunt, eò minús ipsis assénsus præbent, cum nulla falsa Religio sit, in qua plúrima contra lumen naturále non inculcéntur, quorum fálsitas per ratiónem detécta, hujúsmodi Religiónes prorsus contemptibiles reddit. Inde légimus, Sócratem Deos Gentilium deridéntem, et hac de causá, tàmquam contemptæ Religiónis rerum, ad sicútam fuisse damnátum. Platónis mens éadem fuit, quámvis metu mortis eam párcius exprímeret, dicens, *lib. de Rep.*: falsárum Religió-

num vanitátibus adhæréndum, non ut veris, sed ut Pátriæ consuetudinibus. Aristóteles, eúm idem sentíret, spontáneá fugá, legum severitáti se subtráxit. Cato deridens superstitiónes véteris Romæ ait apud Cicerónem, *lib. de Divin.*: *Se mirári, quómodo Ministri harum vanitátum sibi óbvií mútuum risum continérent.* Plínius romána Númina, et mystéria ut tot deliráménta tradúcit. Magi Persárum, eúm Xerxes in Gréciám transfretásset, Græcórú templá, in quibus Idóla colebántur, combúri jussérunt. Avérroes (Arabs), Avicéna, et Algaziel, qui útpoté insignes Philósophi ratiónem, etsi non prout par est, colúerant, legem Mahométi despexére, teste Jabellò, 2^a part. *Phil. Christ.*, tract. 5 circa finem, quámvis inter Mahometános vivéntes, pátrios ritus servárent. Ex his, aliisque testimóniis, quæ refert História, et quæ brevítati consuléntes, omittimus, constat, quòd qui in falsis Religió nibus erant enutríti, quò doctióres, eò minus ipsis animò adhærebant.

É conversò, qui in cathólica enutríti reperiúntur, quantò doctióres in naturalibus, ut plúrimúm firmióres in fide deprehendúntur, ut patet de Cleménte Alexandrino, Basílio, Chrysóstomo, utròque Gregório, Nazianzénò, nempé, et Nysséno, Hierónymo, Ambrósio, Augustino, Bernárdo, Thoma Aquináte, etc., etc., ut de iis dici possit cum D. Hierónymo in *epist. ad Magn.*: « qui omnes in tantum Philósofórum doctrínis, atque sentétiis suos respéserant libros ut nescias, quid in eis primúm mirári débeas, utrum eruditiónem sæculi, vel sciétiám Scripturárum.» Liqueat ántem, SS. Doctóres suos scripsisse libros, nedum ad faci-liórem reddéndam fidei susceptiónem,

sed étiam ad eam, cùm jam suscepta fuerit, retinendam. Rátio ígitur; quam præ se ferunt doctrinæ Philosophórum, quibûs utebántur SS. Patres, potest deservíre ad fidem semel susceptam conservándam. Hoc nobis innuit Agustínus, *lib. 3 contra Acad., cap. 28*, inquit: «Erudítio Ártium liberárium, modésta, «sana, atque succínta, et alacrióres, «et perseverantióres, et comptióres ex- «hibet amatóres amplecténdæ veritatís «ut et ardéntiûs áppetant, et constan- «tiûs insequantur, et inhæreant dúl- «ciûs.»

17. His áddimus Ecclésiæ usum, quæ doctrinam de existéntia Dei, de ejus providentia, de ejus omnipoténtia, de ánimæ immortalitate, de virtútibus sectándis, de vitiis fugiéndis, quæ ómnia étiam docet fides, ratióribus ex natúra depromptis probat; imò ipsa Mystéria supernaturália congruéntiis ex Philosophía, ideóque è ratióne naturáli desumptis éxplicat, et suádet, ut videtur licet in Catechismo Tridentino. Eadem Ecclésiá Universitatés, véluti sacræ veritatís propugnácula, instituit; ut in eis humanæ, divinæque sciéntiæ studia vigérent, et D. Thomam, inter cæteros miris encómiis proséquitur, cò quòd Philosophiam, adeóque ratiónem naturálem cum fide conjúnerit, ad eam tenácius conservándam; novit enim prudens Mater, fidem satelligiò ratiónum naturálium stipátam, efficiácius se hóminum méntibus insinuáre, áltiûs inhærere, et fortiûs erróribus resistere. Hæc atténtè ponderándò, cui in mentem non venit *ratió- nem cum fide* posse deservire, et quidem mirificè, ad eam conservándam?

Hæc ántem ipsius S. Scripturæ testimoníiis ámpliûs illustrántur, quæ expéndens eruditissimus Melchior Cano,

lib. 9 de Loc. Theol., c. 6, ajébat: «Confirmántur (*in fide*) ratióne naturæ «fratres. Non enim (*Evangelista Mar- «cus*) ait, Præcedéntibûs, sed sequén- «tibûs signis: nec sermónem inferénte, «sed, confirmánte. Hierónymus in oc- «távum Matthæi caput ánnodat, Dó- «minum post sermónem Montis, egré- «gium miráculum edidisse, ut per hoc «præteritus apud audiéntes sermo fir- «marétur. Petrus însuper persuasurus «fidélibus, conclusiónem illam de Le- «gálibus, de qua in Concilio erat con- «trovérsia, *Viri fratres*, inquit, *qui «novit corda, Deus, testimónium per- «hibuit, dans illis Spíritum Sanctum,* «etc. Et prótinus tácuit omnis multítú- «do, et audiébant Bárnabam, et Páu- «lum narrántes quánta Deus fecisset «signa in Géntibus. En quæ accíderant «res extérnæ, et sensuum testimónia «referúntur in controversía étiam fidei «apud Cathólicos diriménda. Atque in «Concilio illo legem de abstínéndo à «sánguine, et suffocáto, idololáthyto, et «fornicatióne, Apóstoli nullò modò tu- «líssent, nisi ratiónem naturæ seque- «rérunt. Testimónia síquidem nulla sup- «petébant, quæ ad eam legem probán- «dam idónea videréntur. Non modò ígi- «tur ad extérnos, qui naturam ducem «solam habent, sed étiam ad eos, qui «intra Ecclésiám sunt, humanis ratióni- «bus Theólogo (*cujus est confirmáre in «fide*) licet uti. Id verò eò locò magis, «ubi res naturæ lúmine cognoscibiles, «sive aliénis, seu nostris persuadére «cupit. Hæc enim viá Bárnabas, et «Páulus ingrési sunt, ut, *Act. 14,* «légitur. Nam cùm Sacerdos, et pópu- «lus Bárnabæ, et Páulo sacrificáre vel- «lent, quod erat naturæ ratióni con- «trárium, naturáli quoque ratióne ip- «si (*Páulus et Bárnabas*) contradixé-

«runt: Viri, inquit, quid hæc fá-
«citis? Et nos mortales sumus, simi-
«les vobis homines, annunciantes vo-
«bis converti ab his vanis ad Deum vi-
«vum, qui fecit cælum, et terram, et
«mare, et omnia, quæ in eis sunt etc.
«Et quidem non sinè testimoniò seme-
«típsium reliquit, benefaciens de cælo,
«dans plúvias, et témpora fructífera etc.
«Quia ergo res naturales testimoniúm
«perhibent de eo, quemádmódum hóc
«locò Apóstolus ásserit; non est absúr-
«dum, quin etiam est máximè consen-
«táneum, ut Theológus de divínis quo-
«que disserens, hujúsmodi étiam na-
«turálium rerum testimoniis utátur.
«Nam et, Act. 17, Páulus idem pro-
«bat, Deum non indigere áliquò, quòd
«cæli, et terræ sit Dóminus, et det
«ipse omnibus vitam, et inspiratiónem,
«et ómnia. Probat item, Deum non esse
«longè ab unoquòque nostrúm, quò-
«niam in ipso vivimus, movémur, et
«sumus. Ac Prophéta, psalm. 138,
«osténdit, Deum cognóscere nos, et
«íntima nostra, quia formávit nos, et
«póssuit super nos manum suam. Quod
«idem naturále arguméntum habes et
«psalm. 93: Quibus ex rebus breviter
«disputátis intélligi potest, id, quod
«antè ponebámus, dóciles quidem, si
«infideles sunt, ratióne álicui, invitári-
«que ad fidem; sin verò fidèles, con-
«firmári.» Rátio igitur cum fide ad eam
conservándam potest quàm máximè de-
servire.

18. Rátio autem post fidem suscep-
tam, nedum potest deservire ad eam
conservándam, verùm étiam ad ipsam
tuéndam contra Adversários. Hoc equi-
dem fit, vel eos impugnándò, vel so-
phismata eórum solvéndò, vel ratiónes
quæ fidei favent, ut efficaciores sint,
in rectam formam syllogisticam, quæ

nullam pátitur falláciam, ordináre. Id
probè cognóscens D. Hierónymus supra
Ezechiélem scribens ait: «Quidquid in
«sæculo perversórum dógmatum est,
«quidquid ad terrénam sapiéntiam per-
«tinet, et putátur esse robústum: hoc
«Dialécticá arte subvértitur, et instar
«incéndii in cineres, favillasque dissól-
«vitur.» Hoc S. Viri dictum experiéntiá
comprobátur: hæreticórum enim, ac
ómnium incredulórum ratiónes, quas
sub verbórum, et eloquéntiæ fucò ipsis
consuétum est propónere, robústæ qui-
dem, et ad persuadéndum eficáces pos-
sunt primá fronte apparère; juxta cé-
lebre Augustíni dictum, quod ornátè
dicitur, verè dici putátur, ast verò
ope rectæ Dialécticæ ad trútinam ratió-
nis appénsæ, vitrò fragilióres, et páleis
debilióres deprehendúntur: tunc enim
appárent deféctus, qui sub verbórum
fucáta veste tegúntur. Undè, nisi ex
ratióne, dialécticá arte munitá, ortum
hábit capitále ódium, quò hæretici
Scholásticam Theológiám persequúntur,
ejúsq; cultóres, præcipuè D.
Thomam, qui doctrínam fidei ita artifi-
ciò Philosóphicò dispósuit, ut jam sit
terribilis, quemádmódum ácies castró-
rum ordináta? Tantam in hujúsmodi
artificio Philosóphicò vim agnóscunt vel
ipsi hæretici, ut quidam eórum sacrí-
legè dixerit: Tolle Thomam, et dissí-
pábo Ecclésiám.

19. Quòd ratió post fidem susceptam
váleat ad eam contra Adversários tután-
dam, osténdit disertíssimus Méléchior
Cano, de Loc. Theol., lib. 9, c. 6, ín-
quiens: «Quòd si indóciles sunt, et re-
«pugnántes, ut evincántur, ratió quo-
«que naturæ valet. Príncipes enim et
«Senióres vidéntes Petri constantíam, et
«Joánnis (Act. 4, 13) compértò quòd hó-
«mines essent sinè litteris, et idiótæ, ad-

«mirabántur : hóminem quoque vidén-
«tes stántem cum eis , qui curátus fúe-
«rat , nihil póterant contradicere (en
«quómmodo ratió sénsuum testimónio in-
«nixa cognóscens curatióem illam non
«potuísse factam esse naturáliter os obs-
«trúxit Judæórum , ut nequirent con-
«tradicare Fidei veritati , quam prædi-
«cábant Apóstoli .) Dóminus item ,
«*Matth.* 12 , eos , qui calumniabántur
«quòd in sábbato curásset ægrótum , na-
«turáli et ratióne , et exépló reféllit ;
«et , *Matth.* 22 , Sadducæos réfutat
«duóbus princípis pósitis , quorum
«unum erat Éxodi testimónium illud (c.
«3 , v. 6) *Ego sum Deus Abraham ,*
«*Isaac , et Jacob :* quò pósitó et adversa-
«riórum consénsu approbátó , álterum
«Christus è ratióne naturáli assumpsit ,
«nempè , non esse Deum mortuórum sed
«vivéntium . Quò syllogísmó collégit ,
«Abrahámi , Isaáci , et Jacóbi ánimas
«vivere , quòd Sadducæi repelléntes , re-
«surrectióem mortuórum ex conse-
«quénti negábant . Ratiónes itaque natu-
«ráles contra fidei adversários multum
«valent . Nec sunt arma Saúlis , quæ
«púgilem Christi magis gravent , quàm
«juvent , ut quidam inéptè per allego-
«riám argumentántur : sed si allegóriis
«agéndum est , sunt pótiús gládius Go-
«liath , quem , cum ipsi è mánibus ex-
«tórseris , suò illum gládiò júgulas .

«Sed ajunt . Si credo quòd tráditum
«est , quid opus est operósá disputatió-
«ne ? Si non credo , nullis humánis ra-
«tió nibus persuadébor . Egrégio verò di-
«clémate rem alióquin lucidíssimam
«obscuráre volunt . Non credo ? Addú-
«cor : Credo ? Confiror : Repúgno ?
«Confúndor , ratióne non Dóminá , sed
«ministrá ; syllogísmó non præsidén-
«te , sed subserviéntè . Quid multa ?
«Nonne vidémus , cum reliquórum Apos-

«tolórum , tum verò máximè Páuli epís-
«tolas , et adversários concidere , et fidei
«domésticos instruere , non Scripturá-
«rum modò testimóniis , verùm étiam
«naturæ ratió nibus ? Id quóniam dú-
«bium non est , máneat , hunc disseréndi
«morem (videlicet *adhibéndi ratiónem*
«*naturálem sive ad fidem suscipiéndam ,*
«*sive ad eam conservándam , sive ad*
«*eam contra Adversários tuéndam*) à
«Christo Dómino proféctum , ab Apósto-
«lis repetítum , à Sanctis Auctóribus
«confirmátum . » Et quidem , exépló
«nobis sunt Eusébius , *lib.* 3 , *Hist. Ec-*
«*cles.* , *cap.* 25 , et *lib.* 9 , *cap.* 8 : Méli-
«to rursum apud eúmdem , *lib.* 4 , *cap.*
«26 : Justínus quoque , eódem Eusébió
«referénte , *lib.* 4 , *cap.* 8 : Tertullíanus
«prætereá in *Apolog.* Id quòd Euseb.
«étiam rétulit *lib.* 2 . Non hic reférimus
«Damascénum , *4 lib.* , *cap.* 4 : non Epi-
«phánium , *hæresi* 76 ; non Augustínium ,
«*lib.* 1 de *Mor. Eccles.* , *c.* 3 , et totò
«advérsus Crescónium librò , et de *Util.*
«*cred.* , *c.* 97 , et contra epist. Tundam ,
«*c.* 4 et 18 de *Civit.* *c.* 41 ; non Bedam
«37 , d. c. *Turbatur* ; non Hieron. ead.
«d. c. *Si quis artem* , etc. *Qui de mensa* ;
«non Syn. Eug. Pap. , *c.* *De quibusdam* ;
«non Clem. , *c.* *Relátum* : Hæc , inqui-
«mus , et ália plura non reférimus , cum
«alláta sat , superque osténdant , claríssim-
«os Viros , non solúm ad ea suadénda ,
«quæ ratió ni naturæ conséntiunt , sed
«étiam ad ea , quæ lumen naturæ súde-
«rant , humánis ratió nibus usos esse ,
«eisdemque ab Éthnicis calumniántibus
«Christíanam Religió nem asserruisse . Præ-
«teríre tamen non juvat unum pro ómni-
«bus Augustínium dicéntem , *lib.* 14 de
«*Trinit.* , *c.* 1 , dari sciéntiam cui *attri-*
«*buitur illud quò Fides salubérrima gig-*
«*nitur , nutritur , defenditur , roborátur.*
«Hæc sciéntia fidem gignit , dum declá-

rans, ac explicans Scripturam Sacram, Traditionem probans, Mysteriorum credibilitatem demonstrans, disponit cor hominis ad fidem amplectendam, sicque dispositivè fidem in corde gignit. Fidem nutrit, nam rationes, similitudines, motiva, et exempla adducit, quibus fides nutritur, magisque radicatur. Fidem defendit, dum hæreticorum falsa ratio-cinia, et pravè philosophantium technas, ac sophismata detegens, et dissolvens, sicque eos, qui contradicunt arguens juxta præceptum Apóstoli, fidem defendit. Tandem, fidem róborat, dum theológicis discursibus ostendit, articulos fidei non esse *contra*, sed tantum *supra* rationem naturalem; imò plerumque ipsam rationem fidei servíre cogit dum

demonstratur harmonia inter principia rationis naturalis, et articulos fidei intercedens; ex quo fit, intellectum validissimè inclinári, ut articulis fidei firmiorem, ac tenaciorem præbeat assensum.

Tantum igitur abest ut Fides rationi, vel Ratio Fidei adversetur, quin potius tum Ratio, tum Fides inter se amicissimo fœdere copulantur.

Caveant igitur adolescentes, ne increduli étiam nostri ævi quocumque denominentur nómine, sive Pantheistæ, sive Materialistæ, sive Fatalistæ, sive Sentimentalistæ, sive Empírici, sive Heresiáni, etc. errantes, et in errorem mittentes, eos à veritatis trámite faciant aberrare.

CAPUT II.

DE RATIONALÍSMO.

20. Hisce luctuosissimis temporibus extant Philosophi, qui systema, quod cudérunt, vel potius ab orco suscitárunt, in ipsius Ratiónis dedecus, *Rationalismum* áusi sunt appellare. Inde, qui huic adhærent systemati, per summam, et non ferendam arrogántiam, *Rationalistæ* denominántur.

21. Hujusce systematis basis, ac fundamentum in eo sistit, ad veram hómínis felicitatem obtinendam nullam requiri Revelatiónem, easque solas veritates amplectendas, quæ Ratiónis humanæ captum non transcendunt, adeoque eas tantum admittendas, quas humana Ratió suo solò naturali lumine fulta ássequi potest, vel comprehendere.

22. Inde, vel nobis tacéntibus, patet, Rationalismum è diámetro adversári doctrinæ illius magni Apóstoli Páuli, qui certò certius rectissimè utebátur ratióne, cum, *epist. 1.^a ad Cor., cap. 3*, dixit: «Fundaméntum áliud nemo potest pónere, præter id, quod pòsitum est, quod est Christus Jesus.» Proféc-tò, hoc suum sufficeret, etsi áliud non adésset, ad Rationalismum convincéndum falsitátis; est enim certum, ac in-

concússum, verbum Apóstoli esse Dei verbum; ideò, quod illi, étiam huic oppónitur: verbo áutem Dei quod oppónitur, error est, ac mendácium.

23. His sanæ ratiónis príncipiis ín-nixus Sanctíssimus Papa, Pius IX, (vid. *Encycl. Qui pluribus*, 9 Nov. 1846), de *Rationalistis* loquens, verbis disertis inquit: «Qui præpósterò sanè, et fallacíssimò argumentándi genere núnquam désinunt humanæ ratiónis vim, et excellentiam appellare, et extóllere contra sanctíssimam Christi fidem, atque audacíssimè bláterant, eam humanæ refragári ratióni. Quò nihil certè deméntius, nihil magis ímpium, nihil contra ipsam Ratiónem magis repúgnans fingi, vel excogitári potest.» Quid ad hæc Rationalistæ? Si ab ipsis nequeunt se purgare, coguntur *reos convictos* se agnóscere.

24. Ex allátis tum Apóstoli, tum Pii IX verbis est ideò notum, ac per se manifestum, quòd *Rationalismus*, non nisi per anti phrasim possit hóc nómine insigniri, et quòd nedum à Cathólicis, verum et à quibúslibet sanæ ratióni obsequéntibus, exsibilándus est, ac contemnéndus.

25. Neminem hic prætereat, quod experiéntiâ compertum sit, errórem semper per extréma pervagári. Elsi hác nostrá tempestáte extent, qui usque ad náuseam obijciunt argumenta priscórum Epicureórum advérsus. Ratiónem, eam usque ad merum instinctum depriméntes belluárum: *Rationalistæ* tamen è convérsò, ad nubes usque vivacitátem, et energíam, imó et infallibilitátem *Ratiónis* extóllunt, fucum faciéntes impetrítis, ut eis hanc ingerant ideam, *Revelatiónem* videlicet, haudquáquam esse necessariam, etiámsi agátur de Deo cognoscéndò, vel de eo, in quo situs sit verus cultus, quò ipse est prosequéndus. En novum falsitátis Rationalismi indicium; in extrémis enim non véritas, sed error, cum compertum sit, quòd véritas, prout virtus, *in médio consistit*.

26. Et quidem, quàm oppidò hallucinéntur, quámque affátim fallántur Rationalistæ, potest quisquam se certum reddere, históriam Ratiónis à Revelatióne sese emancipántis percurréndò, licèt id sit per transénnam. Profécitò, históriá Magistrá, nóvimus, Ratiónem humanam, semper ac ei ábsfuit Revelatiónis lumen, ubívis géntium, ac quálibet ætáte, falsis ideis, fábulis, et quidem absurdíssimis, vel ipsas primordiáles veritátes deturpásse. Ex quo enim hómines únícè ratióni fidéntes, Revelatiónem Adámo factam, et in pósteros transmiténdam rejecére; história nobis offert Caldæos, ut Deum, stúpidè adorántes dracónem; Ægyptios, hovem, capram, murem, et crocodíllum; Græcos, incestuósum Jovem, ébrium Bacchum, ac inonéstam, et impudicam Vénerem; Tyrios, Alexándrum, eórum expugnatórem, et oppressórem; Árabes, adorántes lápidem; ac Persas, ut de cæteris taceámus, flúmini cultum divinum litántes.

Hi équidem, ut verbis utámur D. Páuli, *epist. ad Rom., cap. 1.º, v. 28 et seq.*, «non probavérunt Deum habére in «notítia: ideóque trádidit illos Deus in «réprobum sensum, ut fáciant ea, quæ «non convéniunt, replétos omni iniqui- «táte, etc.» Hæc et in semetípsis factò comprobárunt Románi, licèt præ cæteris suæ ætátis homínibus copiosióri lúmine ratiónis sese jactárent collustrátos; suis enim divinitátibus obscænítates theatráles, et mortífera Gladiatórum spectácula, non minùs túrpter, quàm crudéliter, litábant. Urbis Románæ, lúmine Revelatiónis orbátæ, vividíssimis colóribús depíngens fáciem Magnus Leo Papa aiébat: «Hæc ántem civitas, ig- «nórans suæ proveciónis Auctórem, «cum penè ómnibus dominarétur génti- «bus, ómnium géntium serviébat erró- «ribus: et magnam sibi videbátur as- «sumpsisse religiónem, quia nullam res- «puébat falsitátem. Hic (*Romæ Revela- «tiónis lúmine destitútæ*) conculcándæ «Philosóphiæ opiniónes; hic diluéndæ «erant terrénæ sapiéntiæ vanitátes; hic «confutándi dæmonum cultus; hic óm- «nium sacrilegiórum impietas destruén- «da; ubi diligentíssimá superstitióne ha- «bebátur colléctum, quidquid úsquam «fúerat vanis erróribús institútum.»

27. Indè ad ostendéndum, Ratiónem lúmine Revelatiónis orbátam, fláccidam esse, ac imbecillem ad veritátes étiam primordiáles, ac majóris mométi detegéndas, opus nobis non est commemoráre Phænicios, Cartaginénenses, Lacedemónios, aliósq; hujus fúrfuris pópulos, diríssimè suos filios trucidántes, prout ac Persas, próprias uxóres, ut Deos, quemádmódum ipsi existimábant, débitò cultu prosequeréntur, ac honóre. Quid étiam hic opus est commemoráre, quòd Bacchus, ebrietáte; Venus, luxúriá;

Mércúrius, furtó, etc., seu tótidem divinitátes, quibús flagítia placérent, honorábantur? Profécetó, Revelatióne posthábitá, ádeó generális invásit ubívis morum depravátio, ut Salvíanus, *lib. 7 de Gubernat. Dei*, scripserit: «Viri in semetipsis fœminas profitebántur; et hoc siné pudóris umbráculo, siné ullo verecúndiæ amictu; ac sic, quási parum piáculi esset, si maló illó tantùm inquirérentur Auctóres, per públicam sceleris professiõem síebat étiam scelus íntegræ civitátis; vidébat quippe hoc unívêrsa Urbs, et patiebátur; vidébant JúdiceS, et acquiescébant; pópulus vidébat, et applaudébat: ac sic diffusó per totam Urbem dedécoris, scelerisque consórtiò, et si hoc commúne ómnibus non faciébat actus, commúne ómnibus faciébat assensus.»

28. En in quot errórum, ac turpitudinum bátrathrum; en in quot crassæ ignorántiæ aberratiónum vórtices; en in quot inordinátarum passiónum gúrgites incidit, ac immérgitur Rátio humana lumen Revelatiónis contemnédó. Quid ídeò, nisi facem non lumen, sed fumum emitténtem, deprehéndere licet in Ratióne humana sese à Revelatióne emancipánte? Congéries errórum, quibus scatet, cum ágitur de veritatibus ad veram hóminis felicitátem requisitis, ipsam cæcam esse convíncit, ac ducem cæcórum. Rationalistæ itaque Ratióne humanam únice cónsulant, ac sequántur; hæc, si velint, támquam única régulá, fixá et inconcússa ómnia, étiam divína, perscruténtur et metiántur; Revelationemque flocci faciánt et abjiciánt; et certó cértius, hocce arrogántiæ spírítu ceu superstitiósoS, hæc illac errántes, sibi metipsis non cohærentes, Rationalistas sese appellántes, sed Ratiónis mínimè cómpotes; et, ut iterum verbis

utámur Apóstoli, támquam tráditos in réprobum sensum, non probántes Deum habére in notítia, replétos omni iniquitáte, ad óculum totíus Unívêrsi túrpi ter sese prodent.

29. Fórsitan nobis obrúdent hujúscé nostri ævi Rationalistæ, Ratióne priscis tempóribus, cum adhuc esset véluti in cunábulis, fuisse équidem infirmam, ac deféctibus, quos índiximus, obnoxiam; ast verò, ab ipsis fuisse labéntibus sæculis purgátam, cum ad adultam jam pervénerit ætátem, adeóque nunc audiéndam, véluti Magístram, et quidem úniceam, è trípode docéntem, quid ab hómine rejiciéndum, quid verò amplecténdum.

Ita ne verò? Sint ipsi JúdiceS. Audiánt eos, qui nostris tempóribus aiunt, se únice velle Ratióne cónsulere, omnem aspernándó Revelatióne. Álii, ut fidem facit história, inveniúntur Dei existéntiam negáre; ita d'Holbach, et de Maillet: álii, qui eam modò admittunt, modò negant, unò véluti ore cálidum, et frigidum spirántes; ita Robinét, Lemettrie, Raynald, et Diderot: álii, qui animæ rationalis dénégant existéntiam; ita Frerét, d' Argens, et non semel Voltaire: álii deprehendúntur apimæ rationalis immortalitátem denegántes; ita Helvétius, et Voltaire: álii reperiúntur dogmatizántes, omnes actiões humanas esse ex se indifferéntes, earumque moralitátem, bonitátem, videlicet, aut malitiam, non repeténdam à sua vel conformitáte, vel deformitáte ad legem áliquam ætérnam, ac immutábilem, sed ex pacto hóminum derivándam, ita ut bonæ dicántur, et licitæ, quæ sint huic pacto consentáneæ; illicitæ verò, et malæ, quæ sint huic pacto diffórmes; ita Hobbes in suis libris *de Cive et Leviathan*; Hatlay in suo ópere *de Hómine*; Helvétius in suo ópere *de Spírítu*, etc.: álii

duce Benthám, pertinentes ad scholam, quam appellánt *Utilitariam*, rejciunt vel hoc ipsum verbum, *Justitia*, ac in ejus locum, hocce substituunt, *Utilitas*, contendentes, *commodum tantum, ad id quod interest* esse in morálibus normam, ac régulam *justi et debiti*. Ex his principiis, ut de se patet, sponte suá fluit, quòd qui útile existimáret negáre cum Atheis Dei existéntiam, *justum esset, ac debitum*, quòd negáret: qui útile existimáret cum Idololátris plures adoráre Deos, *justum esset, ac debitum*, quòd plures adoráret: qui cum Proudhon, moderni Socialismi Coriphæò, existimáret útile damnáre proprietátem, ut furtum; *justum esset, ac debitum*, quòd damnáret: qui útile existimáret advérsus quodcumque Gubérnium, sive spirituále, sive civile, insúrgeré; *justum esset, ac debitum*, quòd insúrgeret: qui ad próprium fortunam augéndam útile arbitrarétur sus deque ómnia permiscére, singula omnínò, sive sacra, sive profána perturbándò; *justum esset, ac debitum*, quòd perturbáret: atque sub his principiis discurrendò, nulum excogitari posset ádeò horréndum fácinus, quòd *justum ac debitum* homo non posset arbitrári, cùm quòdlibet homo possit útile sibi existimáre. Sed, ut eò undè egréssa est, revertátur orátio, álii fingant, statum hóminis primævum, et originárium, spectatá ejus natúrã, sylvéstrem esse, et belluínium: ita Roussójus, in opuse. *de origine, et fundamentis inæqualitátis inter hómines*, ejus quidem pútus error ipsius ratiónis naturális armis explóditur à D. Thoma, *Opuse. 20 de Regimine Princ.*, libr. 1.º. cap. 1.º, et à Régio Vate osténditur deplorándus, dum ait: «Homo, cum in honóre esset, non «intelléxit: comparátus est juméntis in-

«sapiéntibus, et similis factus est illis.»

30. En idéò quò usque Revelatiónem contemnédò, nos perdúcit Rátio naturális, nedum in ætáte infantili spectáta, verùm étiam cùm hisce nostris témpóribus ad adúltam jam pervénit ætátem, ut jáctitant Rationalistæ. En pro quovis sæculo fructus Ratiónis naturális, lúmine Revelatiónis orbátæ. Hi áutem fructus sapidi ne sunt, vel amaríssimi? Hábitis præ óculis quas innúimus, Rationalistárum aberratióibus, júdicent, qui natúræ humanæ dignitátem eò, quò par est, in prætio habent: æstiment, qui societátem sartam, ac tectam custodíri volunt: pónderent, qui uniuscujusque jura íntegra, ac illæsa conservánda agnóscunt: decídat, qui singulos hómines in suo officio continéri sátagunt, ut familiárum pax, ac Reipublicæ obtineátur tranquillitas: decérnant tandem, qui, non chaos, sed *veri luminis* regiónem ámbiunt inhabitáre. Désinant itaque Rationalistæ Revelatiónem contemnere, et Ratiónem humanam, solò suò naturáli lúmine fultam, usque ad náuseam extóllere. Ejus insufficiéntiam vel ipsi Ethnici agnovére, ita ut Plato, qui inter ipsos salutabátur *ut divinus* (Apol. Socr.) dixerit: «Expectándum nobis est, áli-
«quem ventúrum, qui nos dóceat, quá-
«liter nos gérere debémus erga Deos, «et erga hómines. SOLUS unus Deus «potest id nos docére.» His confórmiter Cícero, *Tuscul.*, libr. 3, cap. 1, hóminum propensiónem ad errórem, nisi lúmine superióri collustréntur, ac dirigántur; et impedíménta ad detegédas veritátes étiam illas, quæ ratiónis sphæram non transcéndunt, ipse enim álias non nóverat, hisce verbis elegánter depíngit: «Nunc párvulos natúra nobis de-
«dit ignículos, quos celériter malis mó-
«ribus, opinióibusque depravátis res-

«trínquimus, ut núsquam natúræ lumen
«appareat... Simul atque éditi in lu-
«cem, atque suscepti sumus, in omni con-
«tínuo pravitate, et in summa ómnium
«opiniónum perversitate versámur, ut
«pene cum lacte nutricis, errorem su-
«xisse videámur. Cúm verò Paréntibus
«rédditi, deinde verò Magistris trádti
«sumus, tum ita váríis imbúimur erro-
«ribús, ut vanitati véritas, et opinióni
«confirmátæ natúra ipsa cedat... Cúm
«verò accédit eódem quási máximus qui-
«dam Magister, Pópulus, atque omnis
«úndique ad vitiá conséntiens multitú-
«do, tum plané inficimur opiniónum
«pravitate, à naturáque ipsa descisci-
«mus.»

31. Hæc nedùm dócuit, verùm et
eórum réddidit ratiónem, D. Thomas,
lib. 1 contra Gent., cap. 4, hæc stá-
tuens princípia, ad quæ reducúntur quæ-
cúmque circa hanc matériam, nedùm
Cícero, verùm et cæteri scripsére : «A
«fructu, inquit, studiósæ inquisitionis,
«qui est veritátis invéntio, plúrimi im-
«pediúntur tribus de cáusis. Quidam
«siquidem (*hujúscæ generis sunt mulie-
«res, innumerique viri débiles, ac tar-
«di ingénii, æquè ac illæ*) impediúntur
«propter complexiónis indispositiónem,
«ex qua naturáliter sunt indispositi ad
«sciéndum; undè multò studiò ad hoc
«pertingere possent, ut summum gra-
«dum humanæ cognitiónis attingerent,
«qui in cognoscéndo Deum consistit.
«Quidam verò (*ad hanc classem pérti-
«nent áulici, milites, mercatóres, Pa-
«tres familiárum, aliique innúmeri,
«qui ut se, ac alios alant, totà die as-
«trínquuntur corporáliter laboráre*) im-
«pediúntur necessitate rei familiáris;
«opórtet enim esse inter hómines, áli-
«quos, qui temporálibus administrán-
«dis insistant, qui tantum tempus in

«ótio contemplatívæ inquisitionis non
«possent expéndere, ut ad summum
«fastigium humanæ inquisitionis pertin-
«gerent. Quidam áutem (*ut tot molles,
«et effemináti, ótio criminósó indul-
«géntes*) impediúntur pigrítia; ad cog-
«nitiónem enim eórum, quæ de Deo
«ratió investigáre potest, multa præ-
«cognóscere opórtet, cum ferè totius
«Philosóphiæ considerátió ad Dei cog-
«nitiónem ordinétur : propter quod Me-
«taphysica, quæ circa divína versátur,
«inter Philosóphiæ partes última réma-
«net addiscénda. Sic ergo, non nisi
«cum magno labóre stúdi ad prædictæ
«veritátis inquisitionem preveniri po-
«test, quem quidem labórem páuci su-
«bire volunt pro amore sciéntiæ, cujus
«tamen méntibus hóminum naturálem
«Deus insérui appetítum.»

Nec satis; ut enim *ibid.* proséquitur
idem S. Doctor : «Secúndum inconveni-
«niens est, quòd illi, qui ad prædictæ
«veritátis cognitiónem, vel inventiónem
«pervenirent, vix post longum tempus
«pertingerent, tum propter hujúsmodi
«veritátis profunditatem, ad quam ca-
«piéndam per viam ratiónis, non nisi
«post longum exercitium intellectus hu-
«mánus idóneus invenitur : tum étiam
«propter multa, quæ præexigúntur, ut
«dictum est : tum propter hoc, quòd
«témpace juventútis, dum diversis móti-
«bús passiónum ánima fluctuat, non est
«apta ad tam altæ veritátis cognitió-
«nem.... Remaneret igitur humanum
«genus, si sola ratiónis via ad Deum
«cognóscendum patéret, in máximis
«ignorántiæ ténebris, cum Dei cogni-
«tió, quæ hómines máximè perfectos,
«et bonos facit, non nisi quibúsdam
«páucis, et his páucis étiam post tém-
«poris longitúdinem perveniret.»

Nec modò sistit; sed *ibid.* proséquit-

tur S. Doctor subdens: «Tertium in-
«conveniens est, quod investigatiōni
«ratiōnis humanæ plerūmque falsitas
«admiscetur, propter debilitatem intel-
«lectūs nostri in iudicādo, et phan-
«tasmatum permixtiōnem. Et ideō apud
«multos in dubitatiōne remanērent ea,
«quæ sunt verissimè etiā demonstrāta,
«dum vim demonstratiōnis ignōrant, et
«præcipuè cū videant à diversis, qui
«Sapiētes dicuntur, diversa docē-
«ri. Inter multa etiā vera, quæ de-
«monstrāntur, immiscetur aliquādo
«aliquid falsum, quod non demonstrā-
«tur, sed aliquā probābili, vel sophis-
«ticā ratiōne assēritur... Et ideō opōr-
«tuit per viam fidei fixā certitudine ip-
«sam veritatem de rebus divinis homi-
«nibus exhiberi:» Huc usque subtilissimus Aquinas.

32. Sēriō, ac pārtium stūdiō semotō, perpēndant modō Rationalistæ has S. Thomæ ratiōnes, constānti, ac evidēnti experiēntiā roborātas; nobisque, si valent, (nihil autem contra experiēntiam valere possunt) edisserant, an Ratiō naturālis se solā, omnī posthābitā Revelatiōne, sufficiens sit ad detegēdas primordiāles veritates, illas videlicet, ex quibus vera hōminis perfectiō, ac felicitas, nisi cæcutire velimus, fatēndum est quōd depēdeant?

33. Nec nobis Rationalistæ obrūdant, Ratiōnem nobis fuisse concessam, tāmquam lumen quoddam, quō perfūsi, idōnei redderēmur ad veritates, ex quarum cognitiōne nostra pendet felicitas, detegēndum; adeoque, ipsam esse regulam, cui innixi nūquam in nostris actiōnibus, sive circa Deum, sive circa hōmines versentur, aberrābimus. Ipsi autem in hac re miserē falluntur, cæterosque fallunt, non satis expēdētes ipsam ratiōnis humanæ

natūram, ejusque imbecillitatem in hac misera vita, quam dēgimus, non satis considerātes.

Ultrō, libenterque fatēmur, Ratiōnem humanam esse nobis concessam tāmquam lumen quoddam, quō perfūsi cognitiōnem veritatis assequi valeāmus. Nēmīnem profectō latet, lūmine Ratiōnis naturālis plūrima in physicis, in mechānicis, in politis, in matemāthicis, in nāuticis, in rebus medicis, aliisque ad hocce genus spectāntibus, fuisse detēcta; quæ dubitare non sinunt, Ratiōnem humanam tāmquam lumen quoddam esse nobis concessam.

34. Ast verō, abērrant Rationalistæ existimātes, ac contendētes, hocce Ratiōnis naturālis lumen sufficiens esse ad quascumque detegēdas veritates, etiā morales, quarum cognitiō est ad nostram felicitatem assequēdam necessāria. Equidem lumen naturāle, quō Ratiō humana est perfūsa, etsi delētum non sit, est tamen adeō tēnebris involūtum, ut mens facillimè in turpissimos labatur errōres, etiā in ipsis veritatibus inquirēdis, quæ naturāliter possunt innotescere; multoque magis, si ignorantiæ tēnebræ, quæ ex peccātis actualibus promānant, supperaddāntur, quibus, experiēntiā teste, Ratiō humana magis, magisque hebetatur: Testes sunt univērsi Gentiles Philōsophi, qui licet ingēniō, ac stūdiō plūrimū valerent, in crasissimos tamen circa res morales lapsi sunt errōres, propterea quōd aliud quam ratiōnis naturālis ipsis non affulgebat lumen. Quid docuerint Cyrenāici, et Epicūrei, constitūentes summum bonum in cōrporis voluptatibus; quid Stōici suum Sapiēntem fingētes nullis perturbatiōnibus obnoxium; quid Cypici, et Pyrrhōnici, qui nullam aliam moralitatem agnosce-

bant, quàm à civilibus légibus constitutam; quid Carnéades, qui jus ipsum naturále negábat; quid Plato, qui uxórum communitátem admísit; quid, (ut unò verbò plura comprehendámus,) statuerunt, quos *num. 7 et 8* memorávimus, Gentíles, ac Philósophi solò lúmine ratiónis suæ ducti, de morálibus disseréntes, compértum est. Qui plura desideret, ádeat Thomásium, *tom. 1, cant. 4, § 11 seqq.*, gentílium Philósophórum erróres in Morálibus recenséntem. Si hi áutem, soli lúmini naturáli relictí, in tam multis túrpiter erráruunt; quid de cæteris, qui non ita ingeniò valent, erit sperándum?

Si verò ténebris intelléctus addántur appetitiónes deordinátæ, et motus sensitívæ partis, quos tamen sæpe hómínes, étiam probi, ac justí, experiúntur ratióni rebélles, et cogúntur dicere cum verè illumináto Doctóre Géntium, *epist. Rom., c. 7, v. 23 et seq.* «Videó áliam «legem in membris meis, repugnántem «legi mentis meæ, et captivántem me in «lege peccáti, quæ est in membris «meis.... Infelix ego homo, quis me liberábit de corpore mortis hujus?» Inter hasce densíssimas ténebras, inquam, atque inter hujúsmodi acérrimas pugnas, quæ lumen ratiónis obtúndunt, ádeò perspicáces Rationalístæ nostri ævi erunt, ut solá Ratióne omnes détégant, aut détégere váleant veritátes, ómnia hómínis officia, sive circa Deum, sive circa próximum, sive circa semetípsos, quin ullò implicéntur erróre? Infirmus víribus córporis destitútus áliò indiget se robustióre, à quo sustentétur: et infirmus mente valébit ómnia præstare nullò suffúltus Revelatiónis subsídio? Si hoc non est paradóxum, vix ullum deprehéndere licébit. Sálomon ipse, cum quo nullus certè ex Rationalístis póterit

comparári, probè cognoscens ténebras, quibús Ratió humána passim obnubilá-tur, adeóque in inquirendis veritátibus, quæ licèt suam non transcendánt sphæram, cógitur caligáre; ad Deum sese convértere, novit esse omnínò necessárium, sapiéntiam ab eo postulándò, quâ nósceret *discèrnere inter bonum, et malum*; eique datum à Deo fuit *cor sapiens, et intélligens*, ut Hebræórum história nos certos reddít.

35. Sic itaque, Ratió naturális est quidem lumen quoddam, hómíni insitum ad dignoscéndas veritátes, étiam áliquis ex illis, quarum cognitió est hómíni prorsùs necessária; hoc tamen lumen ad omnes has veritátes assequéndas indiget superiori áliò lúmine irradiári, fovéri, nutriri, et ad altióra sublimári. Hinc subtilíssimus Doctor Aquínas, qui adamússim rimátus fúerat Ratiónis naturális, ut ita dicámus, mechanismum, appósitè aiébat: «Salúbriter divína pro-«vidit cleméntia, ut ea étiam, quæ Rá-«tio investigáre potest, fide (*id est, Re-«velatióne*) tenénda præcíperet, ut sic «omnes de fáciili possent divínæ cog-«nitiónis participes esse, et absque dubi-«tatióne, et erróre.» Hoc et prædocúerat Doctor Géntium, *epist. ad Ephes., c. 4*, ínquiens: «Jam non ambulétis, «sicut et Gentes ámbulant, ténebris «obscurátum habéntes intelléctum.»

36. Ultrò páriter concédimus Rationalístis, naturálem hómínis Ratió-nem régulam esse veritátum, quas amplécti debémus, ut nostrò múnere, sive erga Deum, sive erga próximum, sive erga nos ipsos, fungámur, si id tamen cum grano salis intelligátur; Ratió enim naturális nequit esse régula nisi eárum veritátum, ad quas capesséndas, sufficiens, ac robústum lumen suum naturále deprehénditur: quómódò enim circa ea,

quæ non nóverit, quâsi pro tribunâli sedendô, iudicium ferre posset, et regulare? Ast verò, ut ex præcedentibus patet, plurimæ veritates sunt, et quidem hómîni scitu necessariæ, quæ lûminis naturalis orbitam vel omninô transcendunt, vel circa quas lumen naturale modò infirmum, Ratió nem humanam errôris, ac ignorantie tenebris miserè reddit circumseptam.

Sic itaque, Ratió naturalis est quidem régula, sed infirma, potens sub veritatis larvâ, errorem amplecti, ac præscribere; adeoque erro ris patrocini um suscipiendô, potest à rectè regulandô deviare, ut his, quæ superius adduximus, sat superque comprobâvimus. Indè profluit, quòd Ratió humana ad hoc ut régula sit tuta, fixa, et infallibilis, opus est ut has dotes mútuet à superiori régula, quæ nihil in se recipiat distortum, et cujus mensurâ id, quod distortum fuerit, nûmquam ut rectum possit oculo mentis exhiberi. Hæc autem incommutabilis recitudo per se, cui, nisi Ratió ni divi næ, cõmpetit, aut compètere potest? Quænam enim, nisi Ratió divi næ, est omnium supræma, quæ ideò superiorem non agnoscens, à majóri se dirigi non eget, nec etiã potest? Nonne Ratió divi næ est, quæ cum hómînem dirigit ei ostendendô quid ab eo tenendum sit, vel respuendum, infallibiliter eum in veritatis regiõnem manu ducit? Id nec ipsi Rationalistæ negare valent, nisi Deum tamquam erro ri obnoxium traducant; quod paradoxum vel ipse sensus commúnis abhorret. Quid ideò, si Ratió divi næ hómîni imperet aliquid ab ipso esse credendum, vel operandum, quod Ratió nis naturalis captum súperet, adeoque solò naturali lumine attingi nequeat? Quid ideò, si Ratió divi næ hómînem edoceat, ipsum non ad finem na-

turalem tantum ad instar lapidum, arborum, et belluarum, sed ad supernaturalem finem, qui ratió nis naturalis captum omninô súperat esse elevatum? Quid, si ipsa Ratió divi næ hómînem erudierit, ipsum videlicet non merè ad felicitatem terrènam comparandam à Deo cõditum esse; sed ad eam quam naturaliter *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hómînis ascendit*? Quid, si idcirco Ratió divi næ hómîni præcepta supernaturalia indixerit, ad hanc felicitatem obtinendam necessariã? Licebitne, hómîni recta ratió ne utenti, hujusmodi irridere, spernari, et tamquam ad fabulas amandandum rejicere? Absit. Id enim solùm audere poterit, qui Deum nos valentem fallere supponit: quò nihil absurdus excogitari potest: ita enim summæ veritati repugnat mendacium, sicut summæ bonitati, malitia.

37. Hujusce ratiocinii vim enervare non valent Rationalistæ ajentes, Ratió nem naturalem non cognoscere Deum hómîni aliquid revelasse. Sed ratió ni insultant dum hæc obrudunt. Adeò quippe evidèntia sunt ratió ni humanæ motiva credibilitatis, quæ Deum aliquid hómîni revelasse evincunt; ut prorsus cæcutire necèssum sit, ad Revelatió nem denegandam. Útique in hac matéria sedulò perpendendum est motiva credibilitatis non reddere evidens Ratió ni humanæ id quod est revelatum; sed ipsi reddere evidens id quod est revelatum esse evidenter credibile. Motiva credibilitatis id obtinent, excludendô à ratió ne humana omne rationabile dubium, omnemque etiã rationabilem suspició nem falsitatis circa revelata: ex quo profluit, quod spectatò credibilitatis motivò, non potest rationabiliter nec Revelatió, nec id quod est revelatum denegari. Ut id exemplò ostendamus, subjicimus motiva

credibilitatis circa mysterium SS. Trinitatis non reddere quidem ipsum Mysterium nobis evidens; sed solum à nobis excludunt omne rationabile dubium, omnemque rationabilem suspicionem falsitatis circa Mystèrii veritatem; quin potius ipsum reddunt ita evidenter credibile, seu dignum quod credatur, ut contra ipsius veritatem nihil solidum ac rationabile objici profectò valeat. Tum in humanis, tum in naturalibus sexcenta occurrunt, quæ quàmvis in se non sint evidèntia, qui tamen ea denegaret, jure optimo ut temerarius haberetur, ac stolidus, prorsus insanus, qui, ut phrasi Horatii utamur, nec tribus Anticyris valèbit fieri ratiònis compos. Quodnam judicium efformarent ipsi Rationalistæ de cæco à nativitate, et aliundè in dissitis regionibus degente, qui Romam existere non crederet, quia ejus existèntiam licèt irrecusabilibus testimoniiis firmatam, sibi nùmquam potuit reddere evidèntem? Quodnam judicium ferrent ipsi Rationalistæ de eo, qui nollet credere corpus humanum in ventre prægnantis efformari, eo quia ipsi evidens non est, adeoque nequit comprehendere, quò pacto, vel quâ arte valent tot diversa membra, arteriæ, mûscoli, nervi, fibræ, cor, cerebrum, etc., inter se in útero Matris compaginari? Quodnam judicium, ut de cæteris taceamus, efformarent Rationalistæ de eo, qui diversitatem arborum denegaret, eò quia mente nequit attingere vel comprehendere virtutem, quâ hæc arbor sicum, alia pomum; alia castaneam, alia pirum; alia glandem; et alia, et alia, et alia arbores, alios, et alios, et alios diversæ magnitudinis, ac saporis fructus edunt? Ipsi ergo Rationalistæ adstringuntur fatèri, irrationabile esse, insubsistens et falsum, quàm quod falsissimum, princi-

pium ab ipsis stabilitum, nempe Ratiònem humanam assensum præbere non tenèri, nisi iis, quæ ipsi fuerint evidèntia; aut quæ ipsa comprehendèrit.

38. Hæcè principiò, falsitatis, et absurditatis semel convictò, ruit totum Rationalistarum systèma, nihil videlicet revelatum ordinis supernaturalis debere ab homine admitti, cum id ratiònis naturalis súperet captum, adeoque ratiò naturalis propriis viribus nusquam valeat comprehendere. Rationalistæ inficiari nequeunt adesse credibilitatis motiva, quæ hominis non súperant captum, et quæ aliundè, etsi non reddant evidens id quod est revelatum, efficiunt tamen, quod id quod est revelatum sit evidenter credibile; adeoque quod rationabiliter nequeat denegari. Hæc complexus est Magnus Aquinas, ac sanioris consilii Philosophus, 2.^a 2.^æ, quest. 5, art. 2, inquit: «Si aliquis prænuntiaret in sermone Dòmini aliquid futurum, et adhiberet signum, mortuum suscitandò; ex hoc signo convinceretur intellectus vidèntis, ut cognosceret manifestè, hoc dici à Deo, qui non mentitur; licèt illud futurum, quod prædicatur, in se evidens non esset.»

39. Motiva autem credibilitatis, quæ ad revelatiònem spectantia reddunt evidenter credibilia, sunt, ut de cæteris taceamus, adimplètio Prophetiarum circa evèntus liberos; Miracula revelatiònem confirmantia; introductio, ac pernix propagatio Religiónis revelatæ; testimonium Mártyrum Religiónem revelatam suò sanguine obsignantium; puritas doctrinæ Religiónis revelatæ, quæ nullà maculâ, nullò prorsus errore fædatur. Adimplètio quidem Prophetiarum circa evèntus liberos; nam nulla creatura, sed solus Deus id quod à libertate procedit, id est, quod potest evenire, vel

non evenire, certò præcognóscit; undè solus Deus, vel qui fuerit à Deo inspirátus, potest evéntus liberos certò prophétare; et cùm Deus nec per se, nec per álium possit úmquam falsum reveláre, id enim suæ infinitæ veracitatí repúgnat; patet, Prophetíam esse motívum credibilitátis reddens evidénter credibile id, quod fuerit per Prophetíam revelátum. Miráculum páriter est credibilitátis motívum; miráculum enim est opus, quod totíus naturæ creatæ órđinem excédit; undè est effectus solius virtútis divínæ, quæ sola súperat órđinem totíus naturæ creatæ. Undè si miráculum fiat in testimonió alicújus revelátí, non potest non esse verum quòd illud sit revelátum: Deus quippè nullò prorsùs pacto valet sigillò miráculi falsitatem obsignáre; áliás à primo fonte veritátis falsitas promanáret. Admirábilis introductio, ac pernix propagátio Religiónis revelatæ est quoque motívum credibilitátis, hæc enim obténta sunt vi miraculórum, ut néminem, vel mediócritè in história Christianismi versátum profectò láteat. Et si Rationalístæ huic históriæ fidem adhibére detréctant, hóc ipsò ingens faténtur miráculum; nulli enim nisi virtúti divínæ supra cursum, et órđinem totíus naturæ creatæ operánti, tribuéndum, quòd Románum Impérium, ac univérsa Gentílitas non armórum vi, non eloquéntiæ fucò, non pecuniárum, et honórum incitáméntò, non voluptátum illécebris incitátí, si nullis visis signis, quæ Religiónem revelátam esse veríssimam evíncerent, ipsam nihilóminus sponte suá suscéperent, máximè præ óculis habéndò, quòd hæc Religio doceat passiónes frænándas, honóres, divítias, voluptátésque contemnéndas; humilitátem ex toto corde amplexándam; nihil nisi lácrymas, pœniténtiam, ac

mortificatióem in hac mísera vita sperándum; nihil in hoc mundo, nisi perícula, afflictiónes, persecutióes, humiliatióes, torménta, crucesque, támquam média opportuná ad veram in áltera vita capesséndam felicitátem, ambiéndum. Sic igitur, cùm mirácula in testimonió Revelatióis peractæ sint motívum credibilitátis; introductio, ac pernix Religiónis revelatæ propagátio, cùm sinè miráculis facta non fuerit, est motívum credibilitátis. Quod et simul est testimonió Mártýrum, veritátem Religiónis revelatæ, suò ságuine intrépidè obsignántium. Eórum enim ingens número, discrimen personárum, ætátis, sexús, conditióis, professiόis, climatum, et suppliciórum, quibus fuérunt addicti, dubitáre non sinunt, Deum supernaturáli modò in Mártýribus fuisse operátum; constans enim, ac notus causárum secundárum cursus, est profectò ímpotens ad ea ádeo mirabilia producénda phænómena, quæ in Mártýribus cógimur admirári. Cùm áutem hæc sint opus, quod soli Deo ádscribi potest, testimonió Mártýrum álterum est ex motívis credibilitátis. In quorum número tandem repónimus puritátem doctrínæ revelatæ, quæ nullá máculá, ac nullò prorsùs erróre sædátur. Ipsi Rationalístæ sint júdices; vel si unum nævum in ipsa deprehénderint, próferant, et tacébitimus. Si verò nihil reprehéndendum in ipsa offénderint; nobíscum fateántur opórtet, doctrínam revelátam, útpotè nullò sædátam erróre, esse omnimodè veram; veritátí enim nihil nisi error adversátur. Doctrína áutem, quæ propónitur intelléctui tamquam necessariò et omnimodè vera, est motívum credibilitátis nullum relinquens rationábile dúbium, aut rationábilem suspicióem de oppósito.

40. Bláterent Rationalistæ cum Roussójo, *lett.* 58 et 120, veritatés supernaturáles, adeóque revelátas, esse ratióni naturáli contrárias, quibús hac de cáusa nequit Rátio assentíri. A vero aberráre Rationalistas hæc obradéntes liquet hoc Magni Aquinátis discúrsu, *lib.* 1 *contr. Gent.*, c. 7: «Principiórum naturáliter notórum cognitio nobis divinitús est indita, cum Deus sit Auctor naturæ. Hæc ergo principia étiam divina Sapiéntia contémnet. Quidquid igitur principii hujúsmodi contrárium est, est divínæ Sapiéntiæ contrárium; non igitur à Deo esse potest. Ea igitur, quæ ex revelatióne divína per fidem tenéntur, non possunt naturáli cognitióni esse contrária.» Hallucinántur in hac parte Adversárii pro uno, eodémque suméntes, esse *contra*, et esse *supra* naturálem cognitiónem. Ut áliqua propositio dicátur, et sit *supra* naturálem cognitiónem, satis est, ratiónem non posse comprehéndere *modum*, quò términi propositiónis inter se connectúntur: ast verò, ut propositio dicátur, et sit *contra* naturálem cognitiónem, necesse est, ratiónem vidére propositiónis términos *mutuam ad invicem dicere oppositiónem, et repugnántiam*; ut e. c. áliquid secúndum idem esse simul album, et nigrum. Ultrò libentérque fatémur, Mystéria reláta esse *supra* naturálem cognitiónem; et idcirco veritatés revelátæ non *anti-naturáles*, sed supernaturáles, si, ut par est, pressé loqui velimus, sunt appellándæ. Ore áutem rotúndò negámus, Mystéria reveláta esse *contra* naturálem cognitiónem, tum quia rátio nec videt, nec vidére potest, términos alicújus propositiónis revelátæ inter se pugnáre, aut ad invicem oppóni, nulla enim talis repugnántia datur: tum quia omne revelátum est

verum, et étiam id, quod recte rátio videt, est verum; omne revelátum est verum útpoté quia dictum à Deo, qui nec falli, nec fállere potest; omne áutem quod recta rátio naturális videt, est verum; rátio enim tantum dicitur recta cum verum attingit, si áutem à vero desléctit, non recta, sed dévia appellátur: cum áutem verum non opponátur vero, impossibile est, quòd recta rátio naturális úmquam vídeat, veritatés, quas naturáliter cognóscit, veritatibus à Deo revelátis esse contrárias, quas quidem fuisse reapse à Deo revelátas à *num.* 18 osténdimus.

41. Neque audiéndi sunt Rationalistæ contendéntes cum Roussójo, in *Æmílio*; et Bælio in respons. ad quæst. cujusd. Provinc., c. 159, *nos assentíri non posse, nisi his quæ comprehéndimus.* Ipsi enim præ óculis habére debent distinctiónem, quæ interest inter cognitiónem *existéntiæ*, et cognitiónem *naturæ* seu *esséntiæ* alicújus rei. Ut existéntia rei cognóscátur, mínimè est necessária cognitio esséntiæ, seu naturæ illius rei. Sic: omnes, etiamsi rudes, vel imperiti, cognóscunt lumen existere, cum tamen ipsi, in quo sita sit lucis esséntia, seu natura, non cognóscant, id quod vel ipsi Philósophi ignórant, útpoté circa ipsam inter se ácriber digladiántes, ádeo ut quidam ex ipsis dixerit: *Lumine, quò cætera vidéntur, nihil obscurius*: sic omnes étiam rudes cognóscunt, magnétem ferrum atráhere; áttamen nedum ipsos, sed vel ipsos Philósofos latet, quális naturæ sit vis, quæ magnes hunc efféctum, et sanè mirándum, producere váleat: sic omnes etiamsi rudes, vel imperiti, cognóscunt, plantas flores édere, et fructús, et tamen nemo ita perspéctam habet naturam plantárum, ut pos-

sit perfectam reddere rationem vis et modi, quò plantæ suos respectivè flores, et fructus edunt. Ex his, et aliis exemplis naturalibus, quæ brevitatis causâ prætermittimus, liquidò constat, et quòd, ad alicujus rei existentiam dignoscendam minimè sit necessària ejusdem rei naturæ, seu essentiæ cognitio, vel comprehensio; et quòd falsum est, quam quòd máximè, nos non posse assentiri existentiae alicujus rei, cujus naturam non comprehendimus.

42. Hinc fluit, nos posse quàm optimè assentiri existentiae veritatum revelatarum, seu Mysteriorum, quin tamen horum Mysteriorum, seu veritatum naturam comprehendamus. Deus equidem nobis revelat existentiam Mysteriorum, puta SS. Trinitatis, et talia nobis concessit motiva credibilitatis hujusmodi revelationem ita evincèntia, ut sit proorsus irrationabile de hujus, et aliorum Mysteriorum existentia dubitare; quorum tamen natura, seu essentia est nobis incomperita, cum Deus usque modò eam nobis non revelaverit, sed hoc erit in cœlesti Patria: ubi *eum sicuti est, vidèbimus*, quemadmodum ex revelatione constat.

43. Ut hæc abundantius oculis Rationalistarum subjiciamus, animadvertere oportet, quòd in Mystèriis, seu veritatibus, quæ revelantur, duo sunt apprimè discernenda; et tèrmini videlicet, quibus constat propositio, quæ Mystèrium revelatur; et connexio talium terminorum inter se. Tèrmini, quibus talis propositio constat, utique debent esse nobis noti, ut propositiõni revelatæ possimus assentiri: at non ita nobis nota esse debet connexio terminorum inter se. Sic e. c. cum nobis revelata sit Trinitas personarum Divinarum in essentia unitate, ut huic propositiõni as-

sensum præbere valeamus, nobis notum esse debet quid significent hi tèrmini, *Trinitas*, seu *númerus ternarius*; *Persõna*; *Unitas*; ac tandem *essentia*, seu *natura*: ast verò, ut laudatæ propositiõni adhæreamus, nobis notum non debet esse, quòmodo hi tèrmini sint inter se connexi in divinis. Id etiam potest hoc exemplò à natura ductò patefieri. Ut quis adhæreat huic propositiõni: *Magnes attrahit ferrum*, notum habere debet quid significent hi tèrmini: *Magnes*; *attrahere*; *ferrum*: ast verò notum ipsi esse non debet, quòmodo hi tres tèrmini inter se connectantur: id enim etiam modò latet eos ipsos, qui ita firmissimè adhærent huic propositiõni: *Magnes attrahit ferrum*, ut eam nullatenus valeant inficiari cum oculis propriis rem ita evenire perspiciant. Cum autem non videtur connexio terminorum inter se, non comprehenditur natura illius rei in propositiõne expressæ: ast verò, non potest existentia illius rei denegari, si aliundè argumentis irrecusabilibus comprobatur.

44. Rationalistas iterum hõcce argumentò perstringimus. Deum admittunt, aut negant? Si negant; ipsi absque ambagibus sese produunt Atheistas: undè contra ipsos universam naturam concitant, quæ ubique Dei prædicat existentiam. Si autem Deum admittunt; coguntur sese Deo inferiores agnoscere, nam si elatò superciliò sese judicarent superiores, vel æquales, licèt voce Deum existere faterentur, vi tamen systematis id negarent: cum Deo nihil possit esse majus vel æquale: Deo igitur debent sese agnoscere inferiores. Coguntur igitur fatèri, hõminem comparari ad Deum, sicut discipulum ad magistrum. Tenentur igitur concedere, Deum plura, et altiorè modò cognoscere, quàm ratio hu-

mána comprehéndat. Debent igitur Deo, seu ratióni divínæ nos docéti, támquam discipulus Magistro crédere. Quámvis igitur, dum Deus áliquid revelat, illud homo non comprehéndat, tenétur tamen ipsi assentiri, quia quod non comprehéndit discipulus, jam comprehéndit Magister, ille præsertim, qui aliúndè in docéndo, seu revelándo, nec falli, nec fállere valet.

45. Hocce, quod insinuávimus principium, experiétiá firmátur. In qua enim arte, aut mechánicá, aut liberálí; in qua sciétiá, sive speculativá, sive prácticá homo posset prógredi, si Magistro proponéti discipulo áliquid, quod discipulus adhuc comprehéndere non posset, hóc ipso illud respúeret? Nonne Magister repóneret discipulo: «Crede mihi: etsi nunc non comprehédas, tractu témporis comprehédes: áliás, «si ab initio ómnia contédas comprehédes, nihil profectò úmquam comprehédes. Crede primùm: et póstea «evidens tibi reddétur id quod nunc «tibi támquam obscúrum observátur.» Id ádeo necessárium visum fuit Magno Stagiritæ, ut scripserit: *Opórtet addiscéntem crédere*. Rationalistæ igitur magnæ stultitiæ sunt argüéti id quod à Deo est revelátum nolétes crédere, eò quòd ratió humana illud non comprehéndat: ut enim méritò ajébat Magnus Aquinas, *lib. 1 contra Gentes, cap. 3*: «Sicut máximæ amétiæ esset idióta, «qui ea, quæ á Philósopho proponúntur, «falsa esse asséret, propter hoc quòd «ea cápere non potest; ita et multò «ámplius, nímiæ stultitiæ esset homo, «si ea, quæ divinitùs revelántur, falsa «esse suspicátur ex hoc quòd ratióne «investigári non possunt.»

46. Ultérius: ut magis, magisque ad incitas Rationalistas redigámus, ab ipsis inquirimus: Si ratió naturális per-

suádet, nihil esse credéndum nisi quod comprehénditur, de qua ratióne id est intelligéndum? Anne de ratióne quorúmdam privatórum tantùm; vel pótiùs de ratióne, quæ apud eos, qui habéntur ut sapiétes commúnior est, et universálior? Si de ratióne quorúmdam privatórum tantùm id esse intelligéndum respóndeant; contra régulas sanæ críticas peccant, quibùs conformiter in quæstióibus finiédis, sentétiá inter sapiétes commúnior præferénda est quorúmdam privatórum sentétiæ, quæ ab his, quæ sapiétes tenent, discórdat. Hóc ipso enim, hi privati osténdunt, ipsórum naturále lumen hebetátum esse, cùm non cognóscant ea, quæ probé norunt sapiétes.

47. Objiciant nobis, si valent, et certè non valébunt, Rationalistæ pro suo systémate tot sapiétes, quot nos advérsus eos ipsis objicere in promptu erit. Ipsi nobis objicere póterunt suo systémati favétes, ex antiquis, Celsum, Lucianum, Theosténem, Porphyrium, Hieróclém, Demetriánam, Cæciliam, Symmachum, aliosque hujúscé fúrfuris imméritò sapiétes appellátos: ex recentióribus áutem, omnes ímpios, seu incrédulos, qui omnem revelatiónem aspernántur, et ómnia solò lúmine ratiónis metíri volunt. Hic non prætermitténdum, quòd divína Providétiá permiserit tot Philósophos in Revelatiónem debacchári, ut Religiónis revelatæ véritas, velut áurum inter flammás, purius elucésceret; quod quidem obténtum fuit, cùm illústre Doctórum tum Græcórum, tum Latinórum agmen Religiónis revelatæ vindicias suscepit, qui suò præclarissimò, et quidem mirándò ingéniò, sólidis principis ratióni naturáli consentáneis, et ineluctabilibus argumentis, ut sua scripta produunt, so-

phismata detexerunt hóstium Religiónis revelátæ, eorumque fictitium, et ementitum robur in cineres favillasque dissolvérunt; hi sunt veri sapiéntes, quos Rationalistæ objicimus; solvant ipsi eórum argumenta, et dábimus manús victas. Inter Doctóres Græcos éminent Justínus Martyr, Tatiánus, Athenágoras, Theóphilus Antiochéus, Orígenes, Eusébius Cæsariénsis, uterque Gregórius Nazianzénus, et Nissénus, Joánnes Chrysóstomus, Cyríllus Alexandrínus, Athanásius, etc., etc. Inter latínos autem éminent Cypriánus, Minútius Felix, Arnóbius, Lactántius, Prudéntius, Hierónymus, Augustínus, Leo Magnus, Gregórius Magnus, Bernárdus, Bonaventúra, Thomas Aquinas, etc., etc. Legéntibus tantórum virórum ópera, ad óculum patet, ab ipsis, quántum desideráre fas est, refutári paralógismos, quos calúmnia, superstítio, et árrogans impietas, in Religiónem revelátam quondam excogítarunt, aut in pósterum excogítare valébunt.

Nec hic prætereundum, non præjudiciórum vim, aut educatiónis ratiónem tantos viros impulsisse ad Religiónis revelátæ partes suscipiéndas: constat enim ex his plerosque, priús senténcias Revelatióni oppósitas fuisse amplexátos; póstea autem, non nisi post díutina exámina, post diu húc et indé ponderátas ratiónes, convictos uná veritátis vi, et motívis credibilitátis Religiónis revelátæ, huic sua ádeò sublimia ingénia tandem aliquándo subjecisse. Hic Philosophiæ áccidit, quod poténtiæ Románæ; quemádmódum enim hæc crudéliter in Religiónis revelátæ ássecclas sævierat, eam tamen progréssu témporis tandem est amplexáta, cùm superáta demum fuit invictá fortitúdine tot Héroum, qui Religiónem revelátam effúsò sánguine

defénderant; ita Philosophia, eruditio, eloquéntia, unò verbò, sciéntia quælibet humána, quibús primis Ecclésiæ sæculis hostes usi fúerant, ut Revelatiónem divínam, cui ratió humána subjici debet, eliminárent à viris ingeniò præcellénti ornátis adhibítæ fuére ad Revelatiónem tuéndam, propagándam, á quovis ímpetu vindicándam; idque ádeò feliciter obtinuerunt, ut lócuples testis est vera Christi Ecclésia, quæ non áliis, quàm Revelatiónis insístens vestigiis, una, firma, constans tot sæculórum série perseverát. Quis tamen in ánimum induxisset ut hoc créderet, nisi res ipsa máxima cum nostrórum témporum dedécore demonstrásset, quòd turba hóminum emérsit, qui post tot sæcula ex terrárum orbe Revelatiónem elimináre satágerent, ac únice Ratiónem naturálem auscultándam, ac eà solá ómnia metiéndam garrírent? Hujus consílii Hobbesius, Spinóza, Tolándus, Bælius recenséntur inter insignióres duces. Hos, véluti conductítia gens, sequúntur Collínus, Woolstónus, Máchio Argénsis, Voltérus, Roussójus, Helvétius, aliique, ii máximè, qui hodiérna die, ac si cæteri hómines ratióne carérent, Rationalistárum nomen, temeráriò, et non feréndò áusu, sibi árrogant. Cùm státuant, ratiónem humánam, omni posthábitá Revelatióne, esse única régulam, et quidem certíssimam, veritátum quibus homo fascés submittere debet; constítuunt se júdices, et creatórum hóminum, et creatóris Dei; Ratiónem divínam contemnéntes; et humánam, plús quàm par est, sublimántes, dum hac sola ratióne naturáli non veréntur in exámen revocáre Religiónem, mores, jus, cultum Deo præstándum etc.

48. Non desunt hisce nostris tempóribús imbecilles, qui admirántur hujús-

modi Philosophos recéntes, velut sapientiæ oracula. Religio, cujus neque fundaménta, neque systema meditáti sunt úmquam, in eórum méntibus vacillat. Præceptóres áutem isti existimant reípsa se, quod intendébant, fuisse assecútos, et rápida, turbulentáque loquacitate ostendisse «reverà Religiónem «Christiánam, seu revelátam, fictiÓnem «esse; Evangélium, jocum; ejus Minis- «tros, hypócritas; lymphátos ejus Már- «tyres; Sanctos Patres Idóla, antiqúa «consuetúdine, adorásse; eos nihil om- «nínò scire; omnesque veros Christiá- «nos, gregem stolidórum boum; inú- «tiles, imó Societáti, et NatiÓni perni- «ciÓsos esse.» Hujúsmodi ementíti Phi- lósophi ReligiÓnem revelátam, Deumque ipsam revelántem ita pédibus suis súb- jacent, ut jactabúndi usúrpent illud Lu- crétií, *lib. 1, v. 80*, véteris Ducis eórum,

Quare Religio pédibus subjécta vicíssim Obtéritur, nos æxæquat glória Cælo.

Proh! míseri cæci, ducesque cæcÓrum! Omnes in foveam cadunt. Moménta, quibús Revelátio, ut innúimus, coram óculis rectá ratiÓne uténtium firma, constans, ineluctábilis observáatur, evín- cunt, non RevelatiÓnem, sed rationalis- tárum ímpium systema *fictiÓnem esse*; hocce eórum systema, non Evangélium, *jocum esse*; non Evangélii Ministros, sed Rationalismi secuáces *esse hypócritas*, qui dum ratiÓnem humánam supra síde- ra conántur extóllere, ipsam in erróris, ac ignorántiæ abyssum detrúduunt; non Mátyres ReligiÓnis revelátæ, sed Ratio- nalistas *esse lymphátos*, cum plus honóris ratiÓni déferant, quàm Deo; non Sanctos Patres idóla adorásse, cum Deo vero mystéria revelánti fasces submítte- rent; sed Rationalistas idólum adoráre, cum ratiÓnem naturálem támquam idó-

lum quoddam sibi effórmant, eam ut únicam, independéntem, ac certíssimam régulam veritátis dignoscéndæ tradu- céntes; non veros Christiános, *esse gre- gem stolidórum boum*, sed Rationalistas, qui vi systématis mugire quidem pos- sunt, rationábiliter loqui non possunt; non Christiános *esse inútiles, ac Socie- táti perniciosos*, sed Rationalistas, cum dénegent, contémnant, ac rejiciant Re- ligiÓnem revelátam, cui Societas déb- itrix est cultúræ, órdis, humanitátis, fraternitátis, cæterorumque commodó- rum, quibús ipsa perfrúitur, semper ac intra doctrínæ revelátæ límites sese cón- tinet. Profécetò, témpore gentílium Im- peratórum, veræ, ac sublimes idéæ Dei uníus ab omni matéria secréti, próvidi, misericórdis, simul et justí; immortalitátis animæ humánæ; culpæ, quæ ipsa vel ab origine inficitur; suæque totíus- que humanitátis reparatiÓnis; hæ ín- quimus, aliæque non páucæ, quæ ad bo- num societátis cónserunt, idéæ, quas modò vel ipsi infántes doctrínam Reli- giÓnis revelátæ edócti, habent menti insculptas, et ore éxplicant, eo gen- tílium Imperatórum témpore, ut testá- tur História, erant vel ipsis sublimióri- bus intelligéntiis, abyssus profúnda te- nebrárum. Eò témpore, máxima hóm- inum pars, véluti in cáula coacerváta, támquam ovis ad occisiÓnem destinábá- tur, fusúra sánguinem in públicis spec- táculis, ad cæteros oblectándos; eò tem- pore, infantes, omni posthábitò humani- tátis sensu, mactabántur, ac adúlti ím- pudicè violabántur; eò témpore, mulle- ri, ac thoro conjugáli ignótus honor; nullum jus commúne, quod natiÓnes ré- geret; humánitas ita conculcáta, ut pró- priæ dignitátis, ac intelligéntiæ viderétur oblita. Per doctrínam áutem Religió- nis revelátæ prorsus renovátam fuisse

fáciam terræ, non sinunt in dábiūm re-
vocáre históriæ ómnium sæculórum à
Christianismi témpore. Ex multis, quæ
possémus, hæc addúimus fragménta.
Eusébius, *Præpar. Evangel.*, lib. 1,
c. 4, inquit: «Persæ, qui semel ejus dis-
ciplinæ (*Religiónis Christianæ*) nomen
«dedérunt, nuptias non ampliùs cum
«mátribus ineunt... Nec ália Barbaró-
«rum génera incéstó filiárum, ac soró-
«rum concúbitu polluúntur; nec ad ma-
«res furiosó libidinis æstu mares ipsi
«rapiúntur, nec cæteras, quæ Natúræ
«leges violant, voluptates persequún-
«tur.» Ipse Juliánus Apóstata ad Asá-
cium, sacerdotem idololátram in Gallá-
tia, scribébat, *epist.* 49: «Quid cáusæ
«est... cur non pótiùs convertámus
«óculos ad ea, quibùs Christianórum re-
«ligio crevit, id est, ad benignitátem in
«peregrínos, ad curam ab illis in mór-
«tuis sepeliéndis pósitam, et ad sancti-
«móniam.... Non turpe profectó est,
«cum impii Galilæi (*ita ille appellábat*
«*Christiános*) non suos modó, sed nos-
«tros quoque alant, ut nostri auxilió,
«quod à nobis ferri ipsis débeat, desti-
«túti videántur?» Plinius júnior, quan-
tumvis Éthnicus, de Christiánis lóquens,
epist. lib. 10, *epist.* 97, hæc quoque
aiébat: «Se (*id est, Christiános*) sacra-
«méntó, (*id est juraméntó*) non in scelus
«áliquod adstringere; sed nè furta, nè
«latrocínia, nè adultéria committerent;
«nè fidem fállèrent, nè depósitum ap-
«pelláti abnegárent.» Religio itaque re-
veláta, quæ ex ore ipsius hóstium ádeó
sanis, ac præclarissimis erga Societátem
mentes hóminum imbuit documéntis,
certé non est Societáti advérsa.

49. Ex ómnibus hucúsque dictis erúi-

tur, Ratiónem proponéntem, nullam ve-
ritátem admitténdam, quam Rátio non
comprehénderit, non esse universálem,
seu ómnium hóminum Ratiónem; sed
peculiárem tantúm, ac própriam eórum,
qui Rationalistæ volunt appellári, ex
quo, ad quæcumque scholam perti-
neant, omnem abjiciunt Revelatiónem.
Rátio áutem Catholicórum ómnium cum
suis præclarissimis Dúcebùs, Magístris,
ac Doctóribus ratióni Rationalistárum é
diámetro, ut patet, adversátur. Cui Rati-
óni est autem standum? Rationalistá-
rum, vel Catholicórum? Solvant Ratio-
nalistæ, quæ hucúsque advérsus ipsos
addúimus arguménta; et, quod caput
est, cómprobent suum plácitum, ádeó
sólidis arguméntis, ac sunt ea, quibùs
Cathólici, qui felicióri, quàm nos, fué-
runt ingénio præditi, eruditè evincunt,
áliquid supra ratiónem naturálem esse
credéndum, adeóque divínam Revelatió-
nem flocci non esse faciéndam, sed ex
totó corde amplexandam, cui Rátio hu-
mána tenétur sese submítttere, ac ita qui-
dem, ut nec unam possit rejicere ex ve-
ritátibus, quas Revelátio docet, quàm-
vis ex his sint, quas Rátio humána ne-
quit comprehénderere. Profectó, Rationa-
listæ láterem lavant, ac óleum, et ópe-
ram perdunt, dum conántur thronum
spléndidum erigere, in eoque Ratiónem
humánam à Ratióne divína emancipá-
tam, támquam Reginam independéntem
collocáre, nolunt enim, ab ea ullum
subjectiúnis officium Deo revelánti esse
præstándum: volunt ideo sese à Deo
elongáre. Proh míseri! ad istud diví-
num oráculum contremíscant: *Dómine,*
qui elóngant se à Te, períbunt.

CAPUT III.

DE RADICALÍSMO, ET SOCIALÍSMO.

50. *Radicales* appellántur qui totam civilem Societátem radicítus extirpare conántes, omnem potestátem, cujuscúmque géneris sit, execrári, dirisque devovere, adeóque è médio prorsus tollere, ámbiunt, ac sátagunt. Ut id assequántur, hocce princípium támquam fixum, et inconcússum státuunt, omnes videlicet, singulósque cives æquáli donátos esse auctoritáte, ita ut nullus sit qui álteri *præesse possit, vel imperáre*. Indè cólligunt, quodcúmque gubérnium, sive Monárchicum sit, sive Aristocráticum, sive Democráticum, sive, quod ajunt Constitutionále, sive áliquod ex his mixtum, injústum esse, ac natúræ hóminum adversári.

51. Hæc exitiális doctrína, ex quò in vulgus pervagáta est, commúniter visa est, non áliud esse quàm delirántes aberratiónes, quæ nullátenuis úmquam póterunt ultra Rempúblicam Platónis, et sphæram idealismi reperiri. Non defuere tamen, qui conáti sunt métodos (équidem secum ínvicem non semel pugnántes) excogitare, ut osténdant *Radicalismum*, pro bono Societátis univér-sæ, posse ad actum, et efféctum coor-

dinári. Hanc methodórum farráginem commúni *Socialismi* vocábulo comprehendí, néminem profectò latet.

52. Socialistæ itaque illi omnes existimántur, et dicúntur, qui Radicálismum, non speculativè tantúm, et in abstrácto extóllere, et magnificáre conántur; verúm étiam in concrétó, seu prácticè, omnem navant óperam, ut invēhant in Societátem. Faxit Deus, ut id núnquam assequántur. Proh miseram Societátem! prótinus in purum, putúmque Anarchísmum te deploráres transformátam.

53. Ne Radicales Socialistæ nos depíngant támquam trepidántes timóre ubi secúndum ipsos non est timor, et támquam vana terriulaménta prædicántes; áudiant vel ipsum Proudhónium, Magistrum ipsis certè non contemnéndum, qui post à se stabilitam bonórum communitátem, prævidens futúram áliquam spéciem Gubérnii, cui incumberet cura distribuéndi inter privátos instruménta ad labórem necessariá, ac inter ipsos æqualitátem servándi; inquirens: Quid sit Proprietas? p. 237 ait: «Quam Gubérnii formam dúcimur præferéndam?

«Et id interrogas? Repōnet mihi abs-
«dūbiō āliquis ex meis juniōribus lectō-
«ribus: Tu es Republicānus. — Utique,
«Republicānus; sed hęc vox nihil præ-
«cisē designat; Respūblica enim rem sig-
«nificat publicā; quicūmque ergo, pro
«re publicā stat, cujuscūmque gēneris
«sit forma gubērnii, potest Republicā-
«nus appellāri: sub hoc respēctu ipsi
«Reges inter Republicānos sunt adscri-
«bendi. — *Es ne Demōcrata? — Mini-
«mē. — Es ne forsān Monārchicus? —
«Nequāquam. — Es ne Constitutiōnā-
«lis? — Absit. — Est ne itaque Aristō-
«crata? — Nihil à me magis aliēnum.*
«— *Placet ne tibi Gubērnium mix-
«tum? — Minus adhuc mihi placet quā-
«m Aristocrāticum. — Quid ergo es tu?*
«— ANARCHICUS.» En ex ore Magis-
tri inter Radicāles Socialistas ādeō céle-
bris, ipsa Societas in anarchiā versa.
Ex ore ipsōrum itaque mēritō infēre
pōssumus, Radicalismum Socialistam in
pulum putāturque anarchismum Socie-
tātem transformāre; adeōque esse quā-
quod māximē Societāti advērsum.

54. Et quidem, Anarchiā semel so-
cietātem invadēte, nulla dignōscitur
imperāndi potestas. Humāna autem so-
cietas nullatenus potest absque āliqua
imperāndi potestate conservāri. Hęc
enim sublātā, cuique, quod sibi libet,
etiāsi esset āliis damnōsum, ita licē-
ret facere, ut à nullo posset legitime
coērcēri. Cū autem diversōrum hōmi-
num diversā sint plācita, ēaque sæpe
sæpius inter se valde pugnāntia, unus-
quisque pro se laboraret ut voti compos
fieret, de altērius damnō non curādo;
indē perpētuum vigēret inter omnes ne-
dum dissidium, sed et cruentissimum
bellum, quod quidem nonnisi lethāli to-
tius gēneris humāni strage finirētur; id
quod præ se ferunt hęc sapientissimi

Salomōnis verba, *Proverb.*, c. 11,
v. 14: *Ubi non est gubernātor, pōpulus
cōrruet.*

55. Certē: Societātis bonum neces-
sariō requirit mēdium āliquod adesse in
societāte, ad actiōnes nocivas, eas nem-
pē, quæ ipsius bonum corrūpunt,
coērcēndas: ut enim scitē advērtit
D. Thom., 2.^a 2.^æ, *quest.* 64, *art.* 5.
Quælibet res est ita à naturā comparā-
ta, ut quāntum potest, se in esse con-
servet, ejūsque contrāriis, eam nitēti-
bus corrūmpere, resistat. Actiōnes au-
tem pravæ ē Societāte elimināntur, vel
delictōrum punitiōne, vel præmiorum
stimulō ad rectē operāndum. Quis au-
tem, nisi qui donātus est auctoritāte, et
potestate supra Societātis membra, va-
let in delicta supplicii insurgere, et be-
nē factis auctoritative præmia repēdere?
Est igitur necessarium Societāti,
adesse in ipsa āliquam Auctoritātem, et
Potestātem, quæ hujūsmodi bona vāleat
eidem præstāre. Cū igitur hęc Auc-
toritas, et Potestas, vigēte Anarchiā,
ē Societāte eliminētur, omnium oculis
obversātur, Anarchiā inter Societātis
mala, esse malōrum māximum. Radica-
lismum Socialistā itaque, cū sit purus
putidusque anarchismus, juxta allāta
Proudhōni verba, jure mērito explo-
dendus est tāmquam totius Societātis
eversivus.

56. Sedulō advertēndum existimā-
mus, non esse confundēdam in Socie-
tāte potestātem domināndi, cū persō-
na, vel persōnis, quæ hujūsmodi potiūntur
potestate. Potestas domināndi est
ūtique Societāti naturālis, cū naturāle
sit hōmini vivere, ut diximus, in Socie-
tāte, et hęc sinē āliquo imperānte sub-
sistere non vāleat: ast verō, quod hęc,
vel illa persōna, quod una dumtāxat,
vel mūltiplex hęc potestate fungātur, id à

natúra insitum non invenitur; sed pendet ex diversa regimini forma, quæ legitimè in societate vigeat. Semel tamen posita personâ, unâ, vel multiplici, quæ imperandi potestate legitimè fungatur; subditi tenentur ei obedientiam præstare, non præcisè quâdo huic, vel illi placet id, quod imperatur; verum etiâ semper ac imperans præscribit id, quod ad bonum commûne ordinatur. Profectò si liceret obedientiam denegare Auctoritatibus legitimè constitutis quâdo id, quod imperant non placet, ut contèndunt Roussejani; aut si nulla debèret agnosci in Societate Auctoritas, et Potestas imperandi, ut contèndunt Radicâles Socialistæ, Societas perpétuis dissidiis, perturbatiônibus, tumultibus, bellis intestinis foret continuò obnoxia, cum vel unum, et idem aliis placeret, displiceret aliis; vel nulla agnosceretur potestas imperandi, ex quo necessariò tandem Respublica fûnditûs, ac radicibus everteretur, juxta illud Christi Dòmini, *Luc.*, c. 11, v. 17: «Omne Regnum in se ipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet.» Hæc præ oculis hæbeant, et seriò perpèndant Radicâles Socialistæ; et si de suo systèmâte volunt gloriâri, glorièntur utique, se Radicâles esse, non ad Societatem fovendam, sed ad ipsam *radicibus* extirpandam.

57. Sed tempus est, ut Radicâles Socialistas omnem auctoritatem, et potestatem imperandi in societate denegantes, in suis ipsorum castris aggrediâmur; non jam præcisè ad trutinam revocandò exitiales ipsorum systèmatis consecutiões, sed ipsa eorum principia, quæ ad instar fuleri suo systèmati deserviunt. Hæc principia huc revocari possunt: Omnes videlicet hómnes esse naturâ æquales, indèque unumquemque sui ipsius esse dómnum, quin atten-

tâ naturâ ullus alteri subordinetur, nec ullus possit alteri imperare. Unò verbò: omnes hómnes esse naturâ æquales, ac esse contra naturam aliquem alteri subesse: ex quo Radicâles Socialistæ colligunt esse contra naturam admittere in Societate aliquam Auctoritatem, quæ possit cæteris imperare; itque vicissim teneantur obedire.

58. Quem præterit miserè hic hallucinari Radicâles Socialistas, non distinguentes, ut par est distinguere, principium, ab ipsius principii applicatiõe? Principium eorum est: omnes hómnes esse naturâ æquales: hujusce principii applicatiõ est, esse contra naturam, aliquos hómnes posse aliis subesse, atque ab illis imperari. In hujusmodi principii applicatiõe anguis latet sub herba, nam involvitur pütidum sophisma, quod Lógici *fallaciam accidentis* nóminant. Id exemplò fiet planum: «Si quis ita argueret: hódie comedis, quod heri comisti: Atqui, heri comisti gallinam vivam cum plumis: Ergo, hódie gallinam vivam cum plumis manducas;» profectò neminem præterfret, quòd etsi verum sit hocce principium *hódie comedis, quod heri comisti*, sophisticam tamen, ac falsissimam esse ipsius applicatiõnem; quis enim umquam *gallinam vivam, ac cum plumis comedit*? In hocce sophismatum genere animadvertere oportet, ipsum principium varium posse subire sensum; id quod non attendentes illi, qui principium statuunt, incidunt in annotatam fallaciam, quam dicimus *accidentis*. Sic cum dicitur: *hódie comedis quod heri comisti* id duplicem patitur sensum, nempe, hódie comedis quod heri comisti, et in eodem státu, quò comisti; aut in diverso státu, quò comisti. Sic igitur cum dicitur, omnes hómnes esse naturâ æquales, advertere opus est, natu-

ram in dúplici statu posse considerári, nempè, in apprehensione dumtaxat intellectus; vel à parte rei. Si natura spectetur dumtaxat in apprehensione intellectus, aliud non complèctitur, quam prædicata essentialia, et quidquid est ab essentia inseparabile; minimè verò impòrtat circumstántias individuáles, quæ juxta individuórum diversitátem, diversæ sunt, et múltiples. Seu quod in idem redit; natura potest considerári in communi, quò modò nec exsistit, nec exsistere potest; et in particulári, sicut réaliter, et physicè in individuís exsistere reperitur: undè tritum est apud Metaphysicos, *existéntia non est nisi singulárium*.

His præhábitis, *omnes homines esse naturá æquáles*, tantum verum est, si sumátur natura in apprehensione intellectus, et in communi; non verò si sumátur naturá ut circumstántiis individuális affecta, seu circumvestita. Exémplò res clárior fiet: Omnes equi sunt naturá æquáles, si tamen natura sumátur in communi tantum, et in apprehensione intellectus; minimè verò, si natura accipiátur in particulári, et sub individuális circumstántiis; hinc fit, quòd unus equus præ alio, quin lædátur justítia, majóri prætió venúndatur. Sic ígitur, ex eo quòd omnes homines sint naturá æquáles, sumptá naturá tantum in communi, infèrre non licet esse contra naturá, álios áliis subesse posse, et ab áliis imperári, tunc enim fieret tránsitus ab státu naturæ in communi consideratæ, ad státum naturæ prout à parte rei in singulis individuís reperitur; quò argüendi modò committerétur, quam diximus, *fallácia accidentis*.

59. Homines ita sunt naturá æquáles, sicut sunt naturá animalia rationá-

lia. Sunt autem omnes æquáliter animalia rationália? Ita sanè, si natura accipiátur tantum in communi, non autem si in particulári sumátur, in áliis enim animalitas, in áliis rationalitas abúndat: álii enim nimis stúpidi deprehenduntur; álii verò vivacíssimò, ac subtilíssimò ingéniò nitent.

Omnes homines naturá, corpore, et animá constant; in hoc omnes homines etiam æquáles deprehendimus, si id in communi spectetur; non autem si spectetur in particulári. Quoad corpus quidem: nam puer excédit púerum recéntè natum; adúlus púberem etc. Et in ipsis adúlts non æquális, et eadem est corpóris magnitúdo. Quoad animam autem magna est páriter inæquálitatis in particulári, ut enim diximus, et palmári experiéntiá constat, álii sunt ingénií valdè obtúsi, álii verò subtilíssimò ingéniò præditi. Ex his sua sponte fluit homines naturá esse æquáles, et inæquáles: æquáles, si hoc verbum *natura* sumitur tantum pro attribútis essentialibus, et pro his, quæ sunt ab essentia inseparabilia; inæquáles autem, si hoc verbum *natura* accipitur pro natura in particulári, prout est circumstántiis individuális circumvestita, et prout conspícitur in persóna, quæ nascitur, crescit, manducat, et huic, vel illi arti, seu negótio sese applicat etc. etc.

Cum itaque, si natura sic in particulári considerétur, homines sint naturá inæquáles, quá fronte Radicales Socialistæ, dogmatizáre valent, esse contra naturá quosdam homines áliis imperáre, álios vicissim ipsis tenéri obedíre? Nonne natura ipsa Paréntes instituit suórum filiórum superiores; ac filii impósuit suis Paréntibus subesse? Expúngant, si valent, Radicales Socialistæ, è Decálogo quártum præcéptum, quòd úti-

que est præceptum naturæ, et tunc poterunt filios suis Paréntibus in ómnibus adæquare.

60. Profectò si suscribere liceret Adversariórum systémati, hic Mundus, quid esset, nisi terra tenebrósa, et óperata mortis calígine, terra miséria et tenebrárum ubi nullus ordo, sed sempitérnus horror inhabitáret? Ordo enim in creáteis inæqualitátem suppónit, undè Aquilínus Doctor, *lib. 19 de Civit. Dei, c. 13*, órdinem definitúrus dixit: *Ordo est párium, dispariúmque rerum sua cuique loca altribuens dispositio*. Huic princípío inníxus D. Thom., *1 Part., quæst. 96, art. 3*, inquit: *Ordo áutem máximè vidétur in disparitáte consistere*. Ex quibus S. Dr. *ibid.* infert: *quòd in primo státu (nempe Innocéntiæ), qui decentíssimus fuisset, dispáritas inveniretur*, cum in eo státu máximè viguisset ordo, eò quòd hic státus à Deo fuisset; quæ áutem sunt, à Deo ordináta sunt: ut légitur, *Rom., c. 13, v. 1*. Potestne áutem somniári in státu naturæ innocéntis fuisse áliquod contra naturam institútum? Ordo igitur, non est contra, sed potiùs secúndum naturam, Inequalitas igitur, quam necessariò ordo suppónit, naturæ non adversáitur. Non est ergo contra, sed potiùs secúndum naturam, quòd in státu naturæ corrúptæ inequalitas inter hómines reperiátur. Id ostensúrus Angel. Dr. *ibid.* inquit: *Necesse est dicere, áliquam disparitátem in primo státu (Innocéntiæ) futúram fuisse, ad minus quántum ad sexum: quia sinè diversitáte sexus generatio non fuisset: similiter étiam quántum ad ætátem: sic enim quidam ex áliis nascebantur (ita evenisset, si státus ille perseveráset), nec illi qui miscebántur, stériles erant.*

«Sed et secúndum ánimam diversitas

«fuisset, et quántum ad justítiam, et quántum ad sciéntiam. Non enim ex necessitate homo operabátur, sed per liberum arbitrium, ex quo homo habet quòd possit magis, et minùs ánimam applicáre ad áliquod faciéndum, vel voléndum, vel cognoscéndum: undè quidam magis profecissent in justítia, et sciéntia, quàm álii. Ex parte étiam corpóris póterat esse dispáritas. Non enim erat exéptum corpus humanum totáliter à légibus naturæ, quin ex exterióribus agéntibus áliquod cómodum, aut auxiliúm reciperet magis, et minùs, cùm étiam cibus eorum vita sustentarétur. Et sic nihil próhibet dicere, quin secúndum diversam dispositionem æris, et diversum situm stellárum, áliqui robustióre corpore generarétur, quàm álii; et majóres, et pulchrióre, et meliùs complexiónati; ita tamen quòd in illis, qui excederéntur, nullus esset defectus, vel peccátum sive circa ánimam, sive circa corpus.»

Si ergo, in státu naturæ innocéntis, spectatá naturá in particulári, non omnes hómines fuissent in natura æquales; multò magis id de hóminibus in státu naturæ corrúptæ est asseréndum, cum ipsa corrúptio naturæ cáusa vehementíssima sit inæqualitátis inter hómines, tum in his quæ ad corpus áttinent, tum in his quæ spéctant ad ánimam. Audébuntne Radicáles Socialistæ, denegáre adesse discrimen inter débilem, et robustum; inter infirmum, et sanum; inter pulchrum, et defórmem; inter gibbósum et rectum; inter hébetem, et perspicácem; inter iracúndum, et mitem; inter defensórem, et proditórem Patriæ; inter homicídám, et liberántem páuperem à poténte etc. etc? Velint nolint, tenéntur Adversárii nobiscum ag-

noscere, naturam in particulari consideratam, seu circumstantiis individualibus vestitam, sine quibus non existit, in omnibus profecto æqualem non inveniri. Sicque hoc sensu, non omnes homines esse naturam æquales.

61. Hæc autem inequalitate statuta, erit ne contra naturam, quod etiam agnoscatur inter homines ea inæqualitas, quæ alius sit superior, alius verò inferior; alius præsit, alius subsit; alius imperet, alius imperanti obedientiam præstet? Non ita sanè. Id evincimus argumentis, quibus D. Thomas, 1 p., q. 96, art. 4, demonstrat, quod etiam in felicissimo innocentie statu dominium extitisset inter homines. En S. Doctõris verba.

«Dominium accipitur dupliciter. Uno modo, secundum quod opponitur servituti: et sic Dominus dicitur, cui aliquis subditur ut servus. Alio modo, accipitur dominium, secundum quod communiter refertur ad subiectam qualitercumque: et sic etiam ille, qui habet officium gubernandi, et dirigendi liberos, Dominus dici potest.

«Primo ergo modo accepto dominio, in statu innocentie homo homini non dominaretur; sed secundo modo accepto dominio, in statu innocentie homo homini dominari potuisset.

«Cujus ratio est, quia servus in hoc differt à libero, quod liber est causa sui; servus autem ordinatur ad alium. (En horum verborum explicatio). Tunc ergo aliquis dominatur alicui, ut servo, quando eum, cui dominatur, ad propriam utilitatem sui, scilicet dominantis, refert. Et quia unicuique est appetibile proprium bonum, et per consequens contristabile unicuique, quod illud bonum, quod debet esse suum, cedat alteri tantum; ideo tale

«dominium non potest esse sine pœna subiectorum: propter quod in statu innocentie non fuisset tale dominium hominis ad hominem, (in eo statu enim nulla fuisset pœna).

«Tunc verò dominatur aliquis alteri aut libero, quando dirigit ipsum ad proprium bonum ejus, qui dirigitur, vel ad bonum commune: et tale dominium hominis ad hominem in statu innocentie fuisset propter duo. Primo, quia homo naturaliter est animal sociale. Unde homines in statu innocentie socialiter vixissent. Socialis autem vita multorum esse non posset, nisi aliquis præsidere qui ad bonum commune intenderet. Multi enim per se intendunt ad multa, unus verò ad unum. Et ideo Philosophus dicit in princ. Politic: Quod quocumque multa ordinantur ad unum, semper invenitur unum ut principale, et dirigens. (Sic multi milites diriguntur ab uno supremo Duce; multi nautæ ab uno supremo rectore navis; multi ædificantes domum, ab uno supremo Architecto, etc. etc.)

«Secundo, quia si unus homo habuisset supra alium supereminentiam scientie, et justitie, inconveniens fuisset, nisi hoc exequeretur in utilitatem aliorum, secundum quod dicitur 1 Petr., c. 4, v. 10: Unusquisque gratiam, quam accepit, in alterutrum illam administrantes. Parcant nobis Radicales Socialistæ, si hunc S. Scripturæ, cui omnes Catholici fidem adhibemus, transcripsimus textum.) Unde Augustinus dicit 13, de Civit. Dei, cap. 14: Quod justus non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi; et cap. 15: Hoc naturalis ordo præscribit: ita Deus hominem condidit.»

Ponderent Radicæles Socialistæ hæc Augustini verba, qui probè nóverat suò acutissimò ingeniò, et quidem multò felicìus quàm Novatòres Philòsophi, societátis natúrã. Si igitur naturalis ordo in rei veritatè exigít, quosdam debere aliis imperare, alios debere imperantibus subesse, et id ex ipsa Dei institutione, ita enim *Deus hóminem cõdidit*; quã fronte sustinere quẽeunt Adversarii, ita hómines esse natúrã æquales, et alios ab aliis ita independentes, ut nulla sit agnoscenda Auctóritas, quæ cæteros regat, ac gubernet? Sih æc Auctóritas agnosci debuisset in státu natúræ innocentis, quántò magis in státu natúræ corruptæ, ut omninò necessária est æstimanda.

62. Certè, Religió christiána, quam ex toto corde profitemur, passim nos edocet super hanc rem dógmata è diámetro oppósita dogmátibus Adversariórum. Verúm tamen, quantumvis ipsa sileret, ad eos erróris convincendos, plús quàm satis esset óculos ad ipsam solam natúrã convertere. Principiò enim, in ea Mulieres conspícimus; et quis erit mente captus, qui eas Viris velit æquiparare? Quis erit ádeo amens, qui non agnoscat Mulieri non compétere *dominari in Virum*, et quòd *Vir caput sit Mulieris*? Hujus deféctus róboris in corpore; ignávia, et imbecillitas spíritus; suæ imaginatiónis veheméntia; et suórum affectuum volubilitas, per extrémã sólita pervagari, undè illud Teréntii, *aut amat, aut odit Mulier*; nonne palàm, et altè exigunt à viris protectiõnem, directiõnem, et sollicitudinem erga ipsas? Videmus in natúrã púeros; quis autem ipsos Viris æquiparandos státuet? Si Viri ipsos sibi non subjicerent, si eos non edocèrent ac dirigerent;

quid de ipsis púeris esset, quándo ad adultam ætatem pervenirent? Cernimus in natúrã Paréntes, ac filios; quis autem valet sustinere filios esse Paréntibus æquales, ac ab his illos nullatenus dependere? Id únice docere pótuit infámis *Illuminatórum* Auctor, qui eò audaciæ devénit, ut filios stimuláret ad omnem excutiendam á Paréntibus suis dependentiam: et in Genitóre suo nihil aliud agnoscendum, nisi alium hóminem sibi proféctò æqualem. Conspícimus in natúra quamplúres, qui ob sui cérebri læsionem, impotes facti sunt ratiónis; quid de ipsis erit, si nullius disciplinæ subdántur? Alius se in fóveam, vel púteum projiciet: alius omninò nudus per vicos, et platéas discurret; alius domum sive própriam, sive aliénam flammis adjudicábit; alius vel háculò nos tundet, vel pugiõne nos confódiat; unò verbò, ipse sibi, ac aliis non nisi cúmulus erit miseriarum. È conversò, conspícimus in natúrã hómines magnò ingeniò, prudentiã, ac dexteritatè præditos ad ignaros edocendos, ad multitudinem regendam, ad unumquemque in suo officio, ut par est, continendum etc.: Quænam autem inter ipsos, et alios, qui eórum indigent directiõne deprenhénditur æquálitas? Conspícimus in natúra hinc hómines vitiis defórmes, et execrábiles, illinc alios virtútibus exornátos, seseque ómnibus reddentes amábiles; Quænam autem inter istos æquálitas?

Fúnditùs igitur ruit ementita inter hómines æquálitas, quam pro fundaménto, ac principiò sui systématís obrúduñt Radicæles Socialistæ. Fúnditùs igitur ruit eórum systema, quemádmòdum sublatò fundaméntò ruit domus, ac sublatà radice perit arbor.

CAPUT IV.

DE COMMUNISMO.

63. Communismus, totius humanæ societatis eversivus, Monstrum horrendum, ut Virgilii verbis utamur, informe, ingens, cui lumen ademptum, nihil nisi tenebras palpans, ut innuunt verba Pii IX, in sua prima Encyclica ad omnes Orbis Catholici Patriarchas, Primates, Archiepiscopos et Episcopos data, quibus *Communistarum* doctrinam apertis verbis declarat *infandam, ac vel ipsi naturali juri maxime adversam*; est error, quem, prout patitur hujusce Opusculi angustia, pro viribus in hoc capite ducimus impugnandum.

64. Communistæ sunt qui continent omnia bona exteriora, quæ quidem bona fortunæ solent appellari, esse omnibus, et singulis humanæ societatis individuis prorsus communia. Pergunt insuper contendentes, hanc bonorum, et rerum exteriorum communionem, in jure naturæ abs dubio stabiliri. Indè pro aris, et focis hocce propugnant principium: «Nullum dominium nullamque jus proprietatis circa res exteriores, esse in humana societate admittendum.»

65. Ast verò, quantum à veritatis tramite aberrant Communistæ propug-

nantes bonorum, ac rerum exteriorum communionem modo, quo ipsi intelligunt, in jure naturæ fundari; ex eo ad oculos patet, quod nihil, quod sit totius societatis eversivum, valet pro fundamento jus agnoscere naturale. Neminem enim sanæ mentis præterire potest, hominem naturaliter animal esse sociale, «quod quidem naturalis necessitas declarat. Aliis enim animalibus natura præparavit cibum, tegumenta pilorum, defensionem, ut dentes, cornua, ungues, vel saltem velocitatem ad fugam. Homo autem institutus est, nullo horum sibi à natura præparato, sed loco omnium data est ei ratio, per quam sibi hæc omnia officio manuum posset præparare, ad quæ omnia præparanda unus homo non sufficit. Est igitur homini naturale quod in societate multorum vivat.» Hæc, quæ ex D. Thoma, *Opusc.* 20, transcripsimus, missis ejusdem S. Doctoris alii solidissimis rationibus, experientiâ attestante, dubitare non sinunt, hominem ex natura ipsa ita esse comparatum, ut vivat in societate. Nequit igitur id quod est societatis eversivum in jure naturæ fundari.

66. Si autem bona exteriora forent singulis humanæ societatis individuis communita, humana profectò everteretur societas. Hæc enim subsistere non potest, nisi agri colantur, colligantur sægetes, in hórreis conserventur, ne tempore convenienti deficiant aliménta, hæc ubi superabundent, indè ad ea loca, in quibus penúria deprehenditur asportentur, domus ædificentur ad inhabitandum, et sese ingruentibus tempestatibus subducendum, consuantur vestes, tum modéstia, tum necessitatis cãusa: hæc, inquit, et alia sexcènta hujusmodi nisi procurerentur, societas, ut par est, subsistere non valet. Sublatò autem dominiò, seu jure proprietatis vix, aut ne vix procurarentur. Quis enim amplius commèrciis, quis domorum ædificiis, quis agrorum culturæ ullam amplius navaret operam, quis aliis negotiis, quæ étiam magnum impòrtant labórem indulgèret, si fructus indè percipièndi, omnibus indiscriminatim hominibus, éxteris étiam et incògnitis, imò et inértibus, perpétuo ótio vitiósè indulgèntibus, scelerátis, et improbis cédere omnino debèrent? Equidem: pòsitã rerum communitate, iniqui hómnes, ac désides, ex quibus magna pars societatis conflatur ansam arripent ótio, et inértiæ vacandi, eò quòd certi essent eis necessária vitæ non defatúra, ex hómnum probórum diligèntia, ac labóre; sicque id quod recta rãtio aversatur, immerèntes essent bene meréntibus prorsus æquales. Hoc autem viam aperiret scelèribus multiplicandis, *multam enim malitiam docet otiositas*; ex scelèribus oriuntur jurgia, et confusio; ex his incrementum suscipiéntibus óritur tandem aliquando anarchia, et ex anarchia dissolutio societatis. Id probè cognoscens Summus Póntifex feliciter regnans

Pius IX in sua laudata Encyclica concludit, quod *semel admissa doctrina* (Communistarum), *omnia jura, res, proprietates, ac vel ipsa humana societas fúnditus everterentur*. Id ipsum involvit sententia, quam A. Thiers lib. *de Proprietate*, c. 5, expressit inquit: *Communismum, si sibi constans est, debere familiam abolere*. Hac autem ad nihilum redacta, qualiter potest humana societas subsistere?

67. Adeò abest ut bonorum exteriorum communitas in jure naturæ fundetur, ut contendunt Communistæ, quin potius ipsa natura contra Communistas pro nobis vocem extollit. Percurrant ipsi universum terrarum Orbem, et assignent rationem, si quam inveniunt; populum, si quem detegunt; Gentem, si in quam incidant, apud quos non idea, et exercitium domini, et proprietatis constanter non prævaleant: nec adsint leges ad proprietates contra earum invasores custodiendas, hujusmodi invasores ut furti, imò ut læsæ societatis reos damnandò, ac graviter puniendò; ut enim appòsitè S. Thomas, 2.^a 2.^æ, *quest. 66, art. 6*, ajébat: *Si passim homines sibi invicem furarentur, periret humana societas*. Hic autem apud omnes Gentes, ac Nationes consensus diuturnus ac semper constans ita ut, quò cultiòres sunt homines, eò magis hic consensus apud ipsos consolidetur, sensus commúnis jure mérito appellatur. Sensus verò commúnis aliam non agnoscit causam, quam naturam, in hominibus enim locò, natione, tempore, moribus, aliisque, quæ ad individuum, et non ad naturam pèrtinent, inter se differéntibus, varietas páriter judiciòrum deprehenditur: indè pronò álveò fluit júdicia, seu æstimatiónes apud omnes gentes, et nationes fixas semper, ac cons-

tantes, non ad circumstantias individuâles, sed ad ipsam naturam spectare. Ut enim ajébat Cícero, *Tuscul., Disput., lib. 1, c. 13*: *Omni autem in re consensio omnium gentium lex naturalis putanda est.* A lege igitur naturæ existimandum est, dominium, ac jus proprietatis velut à limpidissimo fonte promanare. Pérperam igitur blâterant Communistæ, honórum communitatem in jure naturæ fundári.

68. Profectò: si communitas bonórum in jure naturæ suum agnósceret fundamentum, nusquam Scr ptúra Sacra jus sanciret proprietatis. Ut enim osténdimus, quæ Revelatio ápprobat númquam ratióni naturáli adversántur. Scriptúram autem, jus proprietatis apud hómines concédere, ac approbare evincimus híscé Cl. Scavini verbís, *Teol. Moral., Tom. 1., Tract. 6., Disput. 2., cap. 1*: «Vel ipsi primi habitatores (Adámo, et Eva à Paradíso per peccátum ejéctis), ex hibéntur nobis à Moysé dominio seu jure proprietatis jam legitímè præditi. Sic Abel factus pastor óvium, et Cain agricola, utérque fructus è próprio labore convenientes faciébat suos, et de substantia própria offerébant múnera Dómino juxta illud *Prov. 3*: *honóra Deum de tua substantia.* Lot étiam, et Abraham habébant greges óvium, et arménta, et tabernácula, útique própria. Imò, sacro textu dicente, *Gen. 13*, *Non poterat eos capere terra, ut habitarent simul; erat quippe substantia eórum multa*: ex quo ad rixas vitándas, et júrgia præcavénda facta est inter eos bonórum divisio, quam Dóminus ipse approbávit.

69. «Quid multa? Ínteger Pentatheucus, et cæteri libri omnes tum véteris, tum novi Testaménti, quot non

abúndant légibús pro singulórum proprietatibus regédis, custodiédis, et conservádis; pro tuéndo unicuique jure suo in societáte, pro averténdo à cujuscúmque substantiis quólibet damno; pro indemnitate in iisdem servánda? Unò verbò, nonne in utròque Testaménto fundátur præcéptum de furto non patrádo: *Non furaberis: non furtum facies?* Sed quómodo hoc Sacrarum Litterarum præcéptum esse vel concipi mente póterit, nisi in Sacris Litteris planè fundári dicátur jus proprietatis?» Hocúsque Scavinus.

70. Sunt qui existimant áliques ex SS. Pátribus stare pro communitate rerum, sed óppidò fallúntur. SS. Patres enim, néquidem unò excéptò, in obséquium fidei intelléctum suum captivárent, áliás nec sancti fuissent, nec Ecclesiæ Patres. Cùm igitur ex Scriptúra Sacra, ut dudum osténdimus, constet, divisiónem rerum esse licitam, nec unus SS. Patrum dici potest pro rerum communitate stáre. Nos non præterit, *cap. Dilectissimis, Can. 12, q. 1*, Sanctum Cleméntem Papam dixisse: «Commúnis usus ómnium, quæ sunt in hoc mundo, ómnibus esse débuit, sed per iniquitatem álius dixit hoc esse suum, et álius istud; et sic inter mortáles, facta est divisio.» Ast verò mentem S. Cleméntis non attigérunt, qui existimant ípsam volúisse significáre rerum divisiónem in hoc státu naturæ corrúptæ, iniquitatis, et peccáti labe esse sædatam. Si peccátum originále non adfúisset équidem rerum divisio non fuisset necessária, cùm in felicissimo innocéntiæ státu, singuli labore non indignúissent ad vitæ necessária sibi comparánda. Sed hómine ex innocénte in peccatórem, tum peccáto origináli, tum actuáli miserabiliter transformáto, rerum divisio nedùm

justa, verùm etiã necessãria societãti prorsus evãsit. Ut enim ex D. Thomã, 2.^a 2.^æ, *quæst.* 66, *art.* 2, observãmus, divisiõne rerum perãcta, melius providetur procuratiõni, conservatiõni, culturãe, et administratiõni bonõrum, quæ sunt ad humanã vitam necessãria. Homo enim in hoc státu naturã corruptã cum sit máximè in sui amõrem et privãtum cõmodum incurvãtus, est, ut experiẽtia testãtur, magis sollicitus ad procurãndum, conservãndum, et excolẽndum id, quod est sibi prõprium, quam id, quod est õmnium commũne; atque labõrem fugiens ãlteri relinquit id, quod ad commũne pẽrtinet; sicut vidẽmus accidere inter servos Patris-familiã, qui nisi unusquisque eõrum ãliquod negõtiũ, seu officium sibi peculiãriter hãbeat deputãtum, ãliis relinquit exequẽndum quod est õmnibus commũniter impositum. Immẽritõ pariter tãquam communitãtis bonõrum patrõni traducũtur S. Ambros., *in cap.* 12 *Luc.*; S. Chrysost., *homil.* 1, *in 1 Cor.*; S. Basil., *serm. ad divites avãros*, docẽtes, nẽminem debere dicere: *hoc est meum, hoc est prõprium*; eõ quod, õmnia sint commũnia. Sancti Patres id solũ intẽndunt, divites non debere res suas sic possidẽre, quin quoad usum non fãciant eas quodãmodo commũnes, eas videlicet, de fãcili ãliis in eorum necessitãte communicãndõ. Unde Basilius, *ibid.*, ait: «Cur tu abũdas, ille verõ mendicat, nisi ut tu bonæ dispensatiõnis mẽrita consequãris, ille verõ paciẽtiã prãmiis coronetur?»

71. Mĩnime his adversãtur, quõd in primitiva Ecclẽsia fũerit communitas bonõrum, ut legitur *Act.* 4, *v.* 32, et modõ etiã vigeat inter Ordines religiosos ab Ecclẽsia approbãtos; indẽ enim tantũ colligitur quod communitas bo-

nõrum non est secũdũm se perniciosã et injũsta; fit tamen perniciosã propter inconveniẽtia valde damnõsa Societãti, quæ, ut supra innuimus, ex bonõrum communitãte ocasionãliter, attentã hõminum corruptiõne, promãnant. Hæc autem inconveniẽtia vitãri quẽunt inter pãucos charitãte fervẽtes, quãles fuisse constat primos, qui Religiõnem Christianã amplectebãntur; aut inter pãucos perfectiõni studẽtes, sub uno Cãpite, à quo, põsita ex parte cuiuslibet individiui votorum obligatiõne, in ordinem, si opus fũerit, de fãcili redigi possunt, ut modõ in Monastãriis contingit: ast verõ ea inconveniẽtia vitãri nequẽunt in tota hõminum multitudĩne, qui prãfãtis repãgulis non coercẽntur. Imõ, quoad priscõrum Ecclẽsiã Christianã fideliũ communitãtem, hæc placet addere ex D. Thom., *lib.* 3 *contra Gentes*, *cap.* 135: «Quod de pretio possessiõnum venditãrum omnes communitate vivant, sufficiens est, non tamen ad longum tempus; et ideõ Apõstoli «hunc modum vivẽdi fidelibus in Jerusãlem instituẽbant, quia prãvidẽbant per Spĩritum Sanctum, quod non diũ in Jerusãlem simul commorãri debẽrent, tum propter persecutiõnes, et injũrias eis inferẽdas à Judæis, tum etiã propter instãntem destructiõnem civitãtis, et gentis. Unde non fuit necessãrium nisi ad modicũ tempus fidelibus providere: et propter hoc transeũtes ad gentes, in quibus firmãnda, et perdurãtura erat Ecclẽsia, hunc modum vivẽdi non legũntur instituisse.» Hic tamen non prãtereũndum, quõd etiã Jerosõlymis, cum fideles õmnia habebãnt commũnia, nullum circa hoc erat prãceptum, ut prã se ferunt hæc Apõstoli Petri ad Ananiã verba, quæ *Act.*, *cap.* 5, *v.* 4, legimus:

Nonne manens tibi manebat, et venditum in tua erat potestate? ac si ei dixisset, totum agrum potueras retinere, nec tibi in peccatum imputatur quod partem pretii agri, quem vendidisti, tibi retinueris, sed eò quod mentitus es Spiritui S. offerens partem pretii, quasi esset totum.

72. Ex hucusque dictis liquet, et falli, et fallere Communistas, arbitrantes rerum Communitatem ita in jure naturæ fundari, ut proprietates privatas dari nequeat, quin jus naturæ lædatur. Utique, rerum communitas dici potest in jure naturæ fundari quasi *negativè*, quatenus videlicet jus naturæ non præscribit hanc domum, hanc vineam, etc. esse Petri, illam Pauli, aliam Bernardi, etc.: nequit verò dici fundari in jure naturæ *positivè*, quatenus videlicet vetet aliquid tamquam proprium possidere, sed præcipiat omnia esse communiter possidenda. Ad rem agebat, 2.^a 2.^æ, *quæst.* 66, *art.* 2, *ad 1*, oculatissimus rerum æstimator D. Thomas: «Quod communitas rerum attribuitur juri naturæ, non quia jus naturæ dicitur omnia esse possidenda communiter, et nihil esse quasi proprium possidendum; sed quia secundum jus naturæ non est distinctio possessionum, sed magis secundum humanum conductum, quod pertinet ad jus positivum. Unde proprietates possessionum non est contra jus naturæ, sed juri naturæ superadditur per adinventiorem rationis humanæ.» His conformia jam docuerat Augustinus, *Tract.* 6, *in Joan.*, inquit: *Quod hæc villa sit mea, et illa tua, esse ex jure Imperatorum:* et quidem rationabili; id idem namque statuit jus Gentium, quatenus homines, dum attentam corruptionem naturæ, quæ sui nimis est amans, alliena negligens, cupidi-

tati, ac ambitioni serviens, viderent plura, et quidem gravia incòmoda sequi occasionaliter ex bonorum communitate, divisionem, ut vitæ sociali, et bonorum administrationi magis congruentem, communi consensu vel expresso, vel tacito introduxerunt. Unde *L. 1 Digestorum*, dicitur: «Ex hoc jure Gentium discretas esse gentes, Regna cõdita, Domina distincta agris terminos ppositos.» Et quidem, id jam à Mundi exordio fuisse peractum novimus ex Historia, *Genes.* enim *cap.* 4, apparet jam inter primos filios Adæ aliquam fuisse bonorum divisionem, siquidem ibi dicitur, quod Cain obtulerit *de fructibus terræ Domino*, et Abel *de primogenitis gregis sui* quo divisionem bonorum fuisse inter illos fratres significatur. At hæc bonorum divisio longè major facta est post diluvium, ut patet *Gen.*, *cap.* 10, et *1 Paralip.* 1, ubi filio Heber dicitur nomen *Phaleg*, eò quod in diebus ejus divisa sit terra: ibique describuntur termini habitatiõnis filiorum Noë cum eorum posteris. S. Epiphanius, *Heres* 66, tradit, Noë missis sortibus divisisse terram inter tres ejus filios, ita ut Sem obtigerit Asia, Cham Africa, et Japhet Europa. Quoad minores portiones verò, singuli fratrum, et nepotum agros occupaverunt et loca sibi comoda, quæ tunc nemo adhuc in privato possidebat; deinde sive jure civili, sive auctoritate Principum, sive inventionem, sive contractibus, sive aliis modis jure civili approbatis, aliæ factæ sunt particulares portiones, et attributiones, et modò fiunt.

73. Dissimulare nequimus nonnullos extitisse, qui contra jus proprietatis, adeoque pro Communismo, pro aris, et focis dimicaverunt. Satis nobis erit unum adducere *Proudhonium*, qui hisce nos-

tris temporibus turbulētis, vexillum extulit, sub quo, quotquot ipsum præcesserunt Communistæ visi sunt decertare. Et quidem: Proudhonius hocce statuit principium: *Proprietatem scilicet, nihil aliud esse quam furtum*: Hanc suam exitialem propositionem, non aliis argumentis inutiliter conatur evincere, quam quæ ad proprietatem eliminandam et Communismum stabilendum adhibuerunt Plato, Moro, Munzer, Morelly, Diderot, Mably, Brissot, et Babeuf. Proudhonius equidem sibi jactat, sed immerito, se hanc proprietatis definitionem adinvenisse, nempe; *Proprietas, est furtum*: hanc enim jam antea Brissot de Warville delirando statuerat, ut videre licet in *suis investigationibus philosophicis super jus proprietatis, et furtum*, editis an. 1780.

Përsequi omnia argumenta, seu ut verius loquamur, sophismata, quæ congerit Proudhonius ad stabilendum, proprietatem esse furtum, non patitur brevis Dissertatio, quam in lucem edere aggressi sumus, attentò maxime quod ad hallucidandum Lectorem, et ad proselytorum numerum adaugendum, præfert, et indigestè immiscet digressiones, dissertationes, exempla, explicationes, sub terminis adeò vagis, et communibus, ut non sinant id, quod verè intendit prospicere; agros excurret Metaphysicæ, Psychologiæ, Theodiceæ, Juris positivi, Philologiæ, Historiæ, et tandem ipsius Mathematicæ. Aliunde opus nobis non est ad Proudhonium refellendum, ipsum in hoc intricatissimo labyrintho, in quo sese abscondere nititur, persequi: satis nobis est animadvertere omnia Proudhonii ratiocinia in niti huic, equidem falso principiò, nempe, *justitiam distributivam, seu qua unicuique datur quod sibi competit, in*

æqualitate absoluta fundari. Nos, inquam, hocce principium orè rotundò negamus, et nobiscum rejiciunt quotquot veram, ac genuinam justitiæ distributivæ notionem retinent. Hæc enim non in æqualitate absolùta, sed in proportionalitate fundatur. Ad id illustrandum subjicimus hanc Ang. Doctòris, 2^a 2^a, *quæst.* 61, *art.* 2, doctrinam: «In distributiva justitia datur alicui privatæ personæ, in quantum id, quod est totius est debitum parti: quod quidem tantò majus est, quantum ipsa pars majorem principalem habet in toto. (Sicut ei qui plus laborat majus secundum se debetur stipendium.) Et adeò in distributiva justitia tantò plus alicui de bonis communibus datur, quantum illa persona majorem habet principalem in communitate... et adeò in justitia distributiva non accipitur medium secundum æqualitatem rei ad rem, sed secundum proportionem rerum ad personas, ut scilicet, «sicut una persona excedit aliam (puta plusquam aliam laborat), ita etiam res, quæ datur uni personæ, excédât rem, quæ datur alii. Et ideò dicit Philosophus, lib. 5 *Ethic.*, c. 3, quod tale medium est secundum Geometricam proportionem, in qua attenditur æquale, non secundum quantitatem, sed secundum proportionem; sicut si dicamus, quod sicut se habent sex ad quatuor ita se habent tria ad duo, quia utrobique est sesquialtera proportio, in qua majus habet totum minus, et mediam partem ejus: non autem est æqualitas excessus secundum quantitatem, quia sex excédunt quatuor in duobus, tria excédunt duo in uno.»

74. Hæc D. Thomæ luculentissima doctrina, apertissime roborat id quod supra diximus; justitiam nempe distri-

butivam non fundari in æqualitate absoluta, quemadmodum pèperam contèdit Proudhonius, sed in proportionalitate geométrica. Hujusce veritatis passim occurrunt exèmpla, quæ non sinunt eam in controversiam revocare. Sic ab initio Mundi omnibus sanæ mentis hominibus altè persuassum est, justitiam distributivam servari, unicuique non absolute, sed juxta meritòrum proportiònem præmium, seu retributio conferatur. Milites e. g. arcem aliquam oppugnantes, cum inter ipsos adsunt nonnulli qui præ cæteris majori conatù, peritià, fortitudine se gerunt; justitia distributiva inter ipsos servatur, non si omnibus militibus post victòriam, absolute idem, et æquale conferatur præmium, sed si unicuique adjudicatur quod proportionabiliter ejus respondeat merito. Sic pariter in certamine litterario dum plures sunt, qui sui ingenii exhibent argumenta, justitia distributiva inter ipsos servatur, non si unicuique præmium prorsus æquale tribuitur; sed si singulis proportionabiliter juxta majorem, vel minorem dicendi copiam, facilitatem, nitorem, argumentòrum vim etc. confertur. Sed in re adeò apèrta supervacaneum est, in mèdium velle adducere alios testes minime profectò necessarios.

75. Neque nobis Proudhoni asseclæ objiciant parabolam vineæ, quam refert Evangelista Matthæus, juxta quam primi et ultimi operarii, id est tum qui majóri, tum qui minóri dièi parte laboravere, æqualem denarium, scilicet æqualem mercèdem receperunt à Patrefamílias, cui quidem justitia non defuit. Scire enim ipsi debent pòsito quod sacram Scripturam nobis objiciant, quod communis Patrum et Intèrpretum responsio est, per illam æqualitatem dená-

rii, parem beatitudinem quoad substantiam significari, quia omnes Sancti, sive ex primis fuerint, vel ultimis operariis, id est, sive ex his fuerint qui magis, vel qui minus laboraverunt, omnes tamen Deum videbunt; ast verò per illam æqualitatem denarii minimè datur intelligi omnes Sanctos parem visionis beatificæ gradum obtenturos. Potest etiam optimè significari per allatam Parabolam, mercèdem æternæ vitæ non temporis spatio, quo quis laboravit, sed charitatis affectui, quo laboravit esse tribuendam; ita enim fit quod duo, quorum alter annis, puta, decem Deo quidem militavit sed charitate remissa, alter autem duobus tantum annis, sed charitate adeò ferventi, ut charitatem alterius remissam superaret, is majóri quam ille, glória, jure merito dignabitur; quia Deus in retribuenda mercède æterna, non *quantum*, sed *ex quanto*; non *censum*, sed *affectum* ponderat.

76. Neque nobis objiciant Communistæ annum Sabbaticum, ac annum Jubilæi, in quibus Dóminus videtur interdixisse Judæis proprietatem, ac statuisse Communismum, Levitici enim, *cap. 25, v. 4, et seq.* legitur: «Séptimo autem annò sabbatum erit terræ, re-quietiònis Dómini; agrum non seres, et vineam non putabis. Quæ sponte «gignet humus, non metes; et uvas primitiarum non colliges quasi vindemiam.» (En proprietas proscripita; si enim Judæi hanc retinuisent, suos agros serere potuissent, ac vineas putare, eorumque fructus colligere, prout facere potest quicumque circa ea, supra quæ jus habet proprietatis). Proséquitur ibid, Dóminus: «Sed erunt vobis in cibum, tibi et servo tuo, ancillæ et mercenario tuo, advenæ qui peregrinatur apud te; Jumentis tuis, et pecoribus, omnia.

«quæ nascuntur, præbunt cibum.» Similia ibid., v. 11, leguntur statuta pro anno Jubilæi. (En Communismus à Dómino stabilitus inter Judæos.)

77. Ast verò, ex prælaudatis Dómini légibus licet rectè infèrre, Dóminum et damnasse proprietatem, et statuisset Communismum? Absit: Dóminus enim eas leges tulit tantum pro anno sabbático, ac pro anno Jubilæi, non autem pro reliquis temporibus: ipse in eodem Levítico cap. v. 3, expressè inquit: «Sex annis seres agrum tuum, et sex annis putabis vineam tuam, colligésque fructus ejus.» Hæc, ut per se patet, è diámetro opponuntur his, «agrum non seres, vineam non putabis; uvas primitiarum non colliges,» quæ pro anno sabbático, ac pro anno Jubilæi statuit Dóminus. Quæ igitur Dóminus præscripsit observanda annò sabbático, ac anno Jubilæi, non se extendebant ad reliquos vitæ annos. Ex his igitur, quæ pro anno sabbático, ac pro anno Jubilæi fuerunt præscripta à Dómino, perperam Communistæ sátagent infèrre ea fuisse à Dómino pro omni tempore statuta. Dicente autem Dóminò, v. 3, ut annotávimus, sex annis (scilicet ante annum sabbaticum) seres agrum TUUM, et putabis vineam TUAM colligésque fructus ejus; quem præterit, Dóminum non damnasse, sed ratam habuisse bonorum proprietatem? Hanc confirmávit, cum eodem Levítico cápite, v. 14, inquit: *Quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, nè contristes etc.*, tunc enim, ut patet, Dóminus non damnávit, sed approbávit venditiõnis, ac emptiõnis contráctum, qui ut notum est, perficitur, cum vënditor sese expóliat jure proprietátis, quò gaudébat super rem quam vendit, eámque transfert in proprietatem emptóris; isque vi-

cissim transfert in proprietatem venditoris pretium, quod solvit. Sed, quid morámur? legátur liber Jósuè à cap. 13, et inveniétur, jussu Dómini, Jósuè divisisse Israëlitis terram, quam occupaverant, quin nemo invadere posset partem, quæ alii obtigerat; quod útique locum non habuisset, si Dóminus, non proprietatem, sed Communismum statuisset inter Judæos.

78. Ob causas, quas investigare nostrum non est, placuit Dómino pro anno sabbático, ac pro anno Jubilæi statuere, quæ supérius ex Levítico transcripsimus. Non irrationabiliter autem vidétur posse dici, Dóminum ea præscripsisse, tum ut osténderet, ómnium bonorum nostrorum se esse Dóminum suprénum, qui de ipsis potest dispónere ad plácitum, v. enim 23, inquit: «Terra non vendétur in perpétuum; quia mea est, et vos advenæ, et colóni mei estis:» tum ut osténderet se peculiárem curam habuisse pópuli sui, v. enim 20, légitur: «Quod si dixéritis: Quid comedémus annò séptimò, si non severimus, neque colligémus fruges nostras? Dabo benedictiõnem meam vobis annò sextò, et faciet fructus trium annórum.»

79. Si Communistæ nos velint ad Scriptúras provocare, nos eos obruémus hisce divini Magístri sententiis, *Matth. c. 15, v. 18, et seqq.*: «Quæ procedunt de ore, de corde exeunt, et ea coinquant hómínem: De corde enim exeunt cogitatiõnes malæ, homicidia, adultéria, fornicatiõnes, FURTA, falsa testimónia, blasphemíæ. Hæc sunt, quæ coinquant hómínem.» Quid ad hæc respondere valébunt Proudhónius, ejusque gregales Communistæ? Si enim ómnia essent omnibus absolutè commúnia, quómòdò úmquam posset furtum perpetrári? esset equidem pror-

sus impossibile. Dato enim quod omnia essent omnibus absolutè commúnia, omnia essent omnibus et singulis adjudicáta: cum áutem áliquis sumit quod est sibi adjudicátum, certè furtum non committit. Dicente ergo Dóminò adesse furta, idque idem docente naturá in præcéptis Decálogi, dum státuit, *Non furtum fácies*, liquet tum ex præscripto Dómini, tum ex lege naturæ, non omnia, ut conténdunt Communístæ, esse omnibus commúnia. Si áutem non omnia sunt omnibus commúnia, in aliquibus circa aliqua est jus proprietátis agnoscéndum, quod quidem jus reddit eum, qui tale jus rétinet, verum Dóminum illius rei, quod per illud pössidet; undè hucusque furtum apud omnes definitum fuit: *Ablatio rei aliénæ Dómino invito rationabiliter.*

80. Dúimus áutem hic ad matériam magis illustrándam peropportúnum, nonnulla óculis Lectorum subjicere exémpia. Feræ, quæ per sylvas discúrrunt sunt quidem omnibus commúnes quátenuis snguli ad eas venándas jure potiúntur; ast semel pósito quod Petrus e. c. suá indústriá ac labóre venátu áliquam illárum apprehénderit, ita Dóminus rédditur illius, ut cæteri néquæant, nisi furtum perpetrándò eam ab invito Petro extorqueére. Idem judicium ferto de piscatóribus in mare rétia mitténtibus, et majórem, vel minórem piscinum multitudinem capiéntibus, etc. etc., unò verbò dúimus prout Cardinális de Lugo, *Tract. de Just. et Jure, Dissert. 6, art. 1*, ajébat: «Natura hómines induxit in mundum quæ si in domum ópibus refértam, ut snguli sibi acciperent, et accipiéndò fácerent sua ea, quæ ante erant commúnia «ómnium: sicut ligna cædua commúnia, ántequam cædántur sunt in domínio communitátis; post cæsiónem verò «sunt própria cædéntis.» Hæc omnia, ni

ita forent, úbinam commúnis quies? Úbinam civium pax? úbinam integræ societátis conservátio? Duce áutem naturá, bonum societátis, seu bonum commúne præferéndum est bono cujúslibet priváti, sicut quemádmódum quilibet in se expéritur manus naturáliter sese expónit perículo damnificatiónis, ut immúne ab ipso salvet caput, ipsúmque salvándò salvet et totum corpus. Quilibet áutem privátus membrum est societátis, sicut manus est membrum córporis; undè sicut manus naturáliter subit, quod bonum córporis éxigit; ita quilibet privátus jure naturæ conténtus esse debet partitióne honórum, eo quia, ut supérius osténdimus, ita póstat bonum commúne totius societátis. Pérperam igitur, Proudhónius ejúsque gregáles conténdunt *proprietátem esse furtum*, huic falso princípio innfxi nempè: *justitiam distributivam, seu qua unicuique datur quod sibi cõmpetit, in absoluta æqualitate fundári.*

81. Proudhónio, cæterisque Communístis ácritèr contendéntibus, perfectam, et absolutam æqualitatem inter hómines debére vigére, occurrimus cum Chrysóstomo, *homil. 34 in 1^a Cor.*, ostendénte, nullam fore infeliciórem civitatem illá, in qua omnes essent æquales. Fac enim omnes dívites esse, «nullus erit «nec ópifex, nec domificátor, nec faber, «nec calceárius, nec pistor, nec ærárius, «nec funiculárius, nec tálum quidquam: «nam quis obire dives istas (artes) volet? quándò illi ipsi, qui hæc tractant, «simul ac rem auxérunt, ab illa labórum moléstia státim recédunt.» Cúm igitur ad hóminum necessitates sublevándas omnia prælaudáta requirántur, manifestè Divína splendet Providéntia in hac ipsá diversá eórum conditióne; ita enim fit, ut hómines invicem sibi opitu-

léntur, dum dívites suis divítiis solámen impértiunt paupéribus; páuperes verò suas divítibus cómmodent óperas; sicque in prosperitáte, Reipúblicæ státus servétur. Ad hunc requíritur etiam divérsitas gráduum, ac dignitátum; ita enim hi, qui præsidet, eórum, qui subsunt, invígilant cómmodis. Fallúntur áutem hi, qui credant, dívites esse paupéribus felicióres existimádos, ut enim légitur apud Ecclesiástem, *cap. 5, v. 11*: «Dulcis est somnus operánti, sive parum, sive multum cómedat: satúritas áutem divítis non sinit eum dormire:» *vers. áutem 12*, súbditur: «divítiæ conservátæ in malum Dómini sui. Péreunt enim, in afflictióné péssima.» De paupéribus áutem scriptum est *psalm. 9, v. 10*: «Et factus est Dóminus refúgium paupéris, adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne:» *vers. áutem 13*, súbjúngitur: «non est oblitus clamórem pauperum:» et *v. 19*, «quóniam non in finem oblivío erit pauperis: patientiá pauperum non peribit in finem,» etc., etc.

82. Qui perfectam æqualitatem omnium Reipublicæ membrorum, velut summam hominum felicitatem prædicant, ii Reipublicæ naturam, et significationem ignorant. Nam, quomodo sinè Rectóre Respública subsistere possent? quomodo sinè Ministris? quomodo sinè Judicibus? Hi áutem præesse áliis debent; cæteri consequenter subesse. Non igitur omnes æquales esse possunt in República. Æqualitas páriter bonorum fortunæ Reipublicæ obésset, non prodésset; expectatá enim hominum conditióne, pigros eos rédderet; diligéntia siquidem in fovendis ártibus álitur spe lucri, quæ nulla profectó foret æqualitáte bonorum in singulis Reipublicæ membris subsistente.

83. Tandem; si Proudhónius, ejusque asséclæ pro aris et focis velint contendere, ómnia bona debere esse comúnia, omnémque proprietatem furti esse damnándam, ab eis quærimus, an peractá bonórum commúnium divisióne, cum nempè quis áliquam eórum partem sibi assúpserit, quisque evádet necne Dóminus, ac jus proprietátis rétineas in eam portióne, quæ sibi per eam divisióne obtígerit? Si nobis concédant Proudhonistæ, quemquam útique evádere Dóminus, jusque proprietátis super eam portióne retinére; victas dabunt manus, agnóscant enim, non omnem proprietatem esse furtum. Mirándum tunc sanè, simúlque irridéndum foret, quòd homo non váleat jus proprietátis habere in illa bona, quæ próprio Marte, própriis viribús, labóribús, sudóribús, periculís, angóribús sibi cómparet: et tamen quòd jus proprietátis possit retinére in ea bona, quæ absque ulla defatigatióne, et absque ullo labóre, vel minimò, ex bonis commúnibus sibi accépit. Si verò Proudhonistæ velint, neminem evádere Dóminus illius portiõis, quam sibi obtígerit factá bonórum commúnium divisióne, tunc quilibet póterit domum, ac bona altérioris invádere, ipsúmque cógere, ut ipsi partem concédant suárum véstium, suórum alimentórum, suárum pecuniárum, etc., etc., cum ipse néquieat se habere ut eórum Dóminus, ac jus proprietátis super ipsa retinére. Hóc áutem semel admíssò, quid nisi confúsió, ac perénnis perturbatió foret in Societáte? hómines enim passim, étiam peractá bonórum divisióne, sese mútuò expoliarent eò usque, ut tandem aliquándò deveniret ad últimum quadrántem, qui ámplius divídi non valéret.

84. Ut dicámus quod in rei veritate

contingere videtur addimus: Qui æqualitatem extollunt, ac eam votis omnibus expetere dicunt ad hominum felicitatem; suam, ut plurimum, non aliorum agunt causam. Aliorum vellent occupare bona, quibus invident; non sua largiri; observatur enim, quod si qui sunt pecunie cupidi, fædèque tenaces, hi sunt præsertim, qui bonorum æqualitatem clamitant, ac omnem aliorum proprietatem, et dominium, furtum appellant. Ipsi spolient sese, ac cæteris communicent ea, quæ privatim possident, sive domus

sint, sive agri, sive suppellectilia, etc., ut perfecta vigeat bonorum æqualitas; quod cum adhuc non præstiterint, nec spes efulget quod umquam præsent, merito irridentur, eo quia Communistæ sunt tantum, in eorum *scriptis*; ast vero ubi ventum est ad praxim jus proprietatis prout cæteri sustinent, et in praxi æstimantes proprietatem non esse furtum, non curant de illa sententia: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*

The first part of the book is devoted to a general
 introduction of the subject, and to a description of
 the various forms of the disease, and the manner
 in which it is communicated. The second part
 contains a detailed account of the symptoms, and
 the progress of the disease, and the manner
 in which it is cured. The third part contains
 a description of the various forms of the disease,
 and the manner in which it is communicated.

The first part of the book is devoted to a general
 introduction of the subject, and to a description of
 the various forms of the disease, and the manner
 in which it is communicated. The second part
 contains a detailed account of the symptoms, and
 the progress of the disease, and the manner
 in which it is cured. The third part contains
 a description of the various forms of the disease,
 and the manner in which it is communicated.

CAPUT V.

DE PANTHEÏSMO.

85. Pantheïsmus est nomen compó-
situm ex vócbis græcis *Pan*, id est,
Univérsum, et *Theos*, scilicèt Deus. Un-
dè Pantheistárum nómine intelligúntur
illi, qui docent, omnia quæ sunt, Deum
esse, ádeò ut præter Deum, nihil in re-
rum natura sit.

86. Error hic antiquíssimus est, ip-
sum enim dócuit Xenóphanes, qui non-
nisi unam, et quidem increátam, natú-
ram existere dogmatizávit. Hunc erró-
rem étiam deprehéndere licet in perve-
tustíssimis Indórum libris, in quibus
Brahma, id est, Deus propónitur ut so-
lus existens, ita ut quidquid *Brahma*
non est, mentis illusióni sit amandán-
dum. Apud Græcos inveniúntur Pan-
theïsmum admitténtes Philósophi *Jónici*,
Græco-Itálici, *Neo-Platónici*, sic à suo
Magistro Plótino nomen ducéntes.

87. Sequéntibús tempóribús ita se-
nuisse videbátur Pantheïsmus, ut in mé-
dio ævo suam ádeò ridículam, et irridén-
dam fáciem vix in públicum osténdere
áusus fuisset. Tempóribús áutem recen-
tióribús Benedictus Spinóza, origine Ju-
dæus, impiè vitá functus, Pantheïsmum
íterum in scenam revocávit, ac célebrem

rédde re conátus est, in lucem ædens
Ethicam geométricá méthodò conscrip-
tam. Fidéliter referémus ejus senténtias
ab eódem ópere, quod post ejus fata lu-
cem aspéxit, extráctas. In rerum natúra
unam tantúm, individuámque substán-
tiam, et hanc infínitis attribútis præ-
ditam, inter quæ recenséntur præcipuè
exténsio, et cogitátio, esse sentit. Stá-
tuit páriter, ómnia córpora, quæ in hoc
Univérso vidémus, formas esse, seu mo-
dificatiónes hujus unius substántiæ, quá-
tenús est exténsa: omnes áutem mentes
esse páriter hujus substántiæ, quátenús
cógitat, modificatiónes. Conclúdit tan-
dem, hanc unam substántiam cogitán-
tem simul et exténsam, ætérnam esse
ac necessariam, ac perénni actióne ge-
neráre, simul et complécti ómnia cór-
pora, cunctasque mentes, et, ut sum-
málim dicámus, totum Univérsum: et
hanc unam substántiam Deum esse. En
páucis Pantheïsmus Deum, O. M. ab
hac mundi máchina non secérnens. Nos
huncc putidíssimum errórem refellé-
mus, primò, quasdam absúrdas illatió-
nes, quæ ex eo consequúntur, in mé-
dium producéntes; secúndò, áutem fal-

sitatem ostendentes principiorum, quibus Spinoza Pantheismum nititur stabilire.

88. Profectò: quid excogitari potest magis repugnans notioni Dei, quam eum simul cum Univerſo confundere, eumque, receptaculum, et congregiem omnium corporum, simul et omnium spirituum, omniumque utrorumque affectionum, quæ non semel è diametro opponuntur, efficere? Omnium animis insitum est, in Deo omnem includi perfectionem, nullam verò imperfectionem: in hoc autem Spinozæ systemate Deus esset perfectissimus, simulque omnium imperfectionum, ac miseriarum domicilium; Sanctissimus, simulque omnium scelerum, quæ in hoc Univerſo perpetrantur, centrum; immutabilis, eodemque tempore omnibus mutationibus, quæ in hoc Univerſo sibi succedunt, obnoxius; esset unus, simulque in tot partes discerptus, in quot dividitur, imò in quot dividi potest, extensio, quæ ex sententiâ impij Spinozæ est essentiâle divinæ naturæ attributum; esset simplicissimus, simulque compositus ex omnibus membris, omnibusque corporibus, quæ molem Univerſi constituunt. Quid plura? Deus, ipsius Spinozæ sententiâ, *Ethic. part. 1.^a, definit. 6, est substantia constans infinitis attributis, et omnium bonorum cumulo*. Debet ergo esse sapiens, liber, supremusque rerum omnium conditor ac rector. Id autem totum in Spinozæ systemate Deo detrahitur, cum in eo dicatur «Deum in suis operibus nullum sibi finem proponere; ipsum non creasse oculos, ut videant; non dentes, ut mandant; non Solem, ut illuminet; sed omnia invincibili necessitate à divina natura determinari, ut existant, et hoc modo operentur: Deum non esse causam,

«(videlicet liberam), sed agere ex necessitate naturæ; resque non potuisse aliò modo, neque aliò ordine disponi, ac productæ sunt, dispositæque,» ut in diversis Spinozæ operibus videre licet. Jam verò, substrahere à Deo sapiëntiam, quæ cuncta, non cæcò necessitatis impetu, sed maturò, perfectissimòque consilio condiderit; substrahere à Deo libertatem, quæ quidem non agit ex necessitate naturæ; substrahere à Deo providentiam, cujus est res in finem, quem sibi proposuerit, ordinare; substrahere à Deo potentiam, qua possit res aliò modo producere, aut aliò ordine disponere, quibus productæ sunt; Quid est nisi diversa attributa et diversas perfectiones substrahere à Deo, qui ipso Spinozâ, *epist. 40*, fatente, est «Ens, quod omnes in se continet perfectiones,» et quidem, «Ens absolutè infinitum, hoc est substantia constans infinitis attributis, quorum unumquodque æternam, et infinitam essentiam» exprimit, ut *Ethic., p. 1, definit. 6*, ipse Spinoza fatetur? Substrahere autem à Deo perfectiones, et attributa infinita, quæ sunt ipsi essentialia, Quid est nisi Deum è medio tollere? Pantheismus ergo Spinozæ, qui antesignanus est hodiernorum Pantheistarum; in quid nisi in purum, putidum, ac cæcum, et communi omnium sensu rejectum incidit Atheismum?

89. Contradictiones, seu ideæ ad invicem palmâriter pugnantes, quæ in hoc systemate deprehenduntur, adeò apertæ sunt, ut cæcum esse necesse sit, qui eas statim non detexerit. Primò occurrat hanc unam substantiam, quæ secundum Pantheistas sola existit, præditam esse, et quidem essentialiter, attributis *extensionis* simul, et *cogitationis*, quæ duæ diversæ affectiones adeò differunt, minusque componi, simul et

esse possunt in eadem substantia, quam in cera figura rotunda, simul et triangularis. Substantia enim extensa locum occupat, movetur de loco in locum, et per contactum cum aliis corporibus copulatur: substantia vero cogitans, seu intelligens, utpotè immaterialis caret extensione; adeoque partibus, quæ locum occupent, seu loco commensurentur, nec tangit, nec tangi potest, cum partibus materialibus careat, ratione quarum aut tangat, aut tangatur. Occurrit secundo: Pantheisticam substantiam unam esse, et individua, ac nihilominus extensam; quod tantum repugnat, quantum repugnat, hanc unam eorum substantiam posse dividi, et non posse dividi; posse dividi constat, quia secundum ipsos est extensa, et omne extensum dividi potest; non posse autem dividi, quia secundum Pantheistas non dantur plures substantiæ, sed una tantum et individua, id est, non multiplicabilis substantia: multiplicatur autem, si utpotè extensa, dividitur in partes, quod enim ex partibus extensis coaléscit, in has partes secari potest, et ita quidem ut singularum secatarum partium substantiæ sint ab invicem distinctæ, ut cum lignum, aqua in vase contenta, etc., etc., in plures partes dividuntur, et tot resultant substantiæ ab invicem distinctæ, quot fuerint partes post divisionem. Hoc argumentum à Bælio (Diction. Histor. art. Spinoza Rem. N.) præcipuè examinatur quocumque sub aspectu, et in Spinozam jaculatur tantò impetu, ut retundi profectò non valeat. Occurrit tertio: quod in hypòthesi Spinozæ, Mundus, omnesque ejus partes, earumque ordo, ac motus existunt necessariò, ita ut, nec possunt aliter esse, nec possunt non esse, quippe ita sunt ex invicta, et absoluta necessi-

tate. Id, quàm falsum sit patet consideranti, corpora posse concipi et in motu, et in quiete; Planetas pariter hoc vel alio ordine dispositos, imò molem hanc totius Mundi existentem, et non existentem, etc.; id autem concipere nequiverimus, si Mundi, ordinisque suarum partium actualis existentia ita foret necessaria, ut ex invicta et absoluta necessitate, ut somniant Pantheistæ, aliter esse non posset; sicut nequimus concipere triangulum rotundum, quia ex invicta, et absoluta necessitate triangulus aliter esse non potest nisi tres angulos habens.

90. His hueusque expòsitis contradictionibus, in quas inevitabiliter incidit Pantheismus, sequentes cum Debrayne addimus. Si in Mundo est una tantum substantia, eaque divina, cujus homines, cæteraque omnia non sunt nisi attributa, aut partes integrantes, ut aliis placet nominare, necessariò inferretur homines, cæteraque omnia, res esse divinas, suas collimationes bonas esse, et necessarias, utpotè manifestationes necessarias Entis necessarii; universas creaturas necessariò, et ab æterno existere, omnesque in se habere, quemadmodum Deus, perfectiones; homines ideò esse impeccabiles, nullum propterea in terris locum habere crimen; supervacaneæ erunt Religio, Morális, Leges, Civilizatio, Gubernium, et quidquid homini necessarium judicatur, ut ad rectum finem ordinetur. Quem autem præterit hæc omnia sensui communi repugnare, ac adversari experientiæ, quæ manibus contrectamus, quòd homines, juménta, plantæ, etc. quæ modò sunt non semper fuerint; nec ita modò existunt, ut non possint non esse; quòd homines non sunt impeccabiles, cum passim exercenda sit Legum severitas ad illos in suo officio continendos; quòd denique su-

pervacanea non sunt Religio, Moralis, aliaque quæ hominem ad debitum finem dirigunt? His enim sublatis, humanum genus, non societatem humanam, sed gregem pecorum efformaret. Neminem ergo præterire potest, Pantheismum, erroneè, falsò, ac absurdissimè contendere, homines cæterasque creaturas quàmvis imperfectiõibus non carentes, partes esse Dei perfectissimi integræles. Sed ad ulteriõra pergãmus.

91. Licet satis, supérque confutata dicenda sit illa sententia, ex qua per necessariam consecutiõnem repugnantes illatiõnes derivari, demonstratum est; ac proindè cum ex hætenus dictis labefactata omninò, atque evèrsa sit Spinõzæ Pantheismum propugnantis impietas; tamen operæ pretium nos facturos ducimus, si ulteriùs demonstraverimus insaniam, ac falsitatem principiõrum, quibus horrendus ejus Pantheismus totus innititur. Jacit Spinõza, ut fundamentum totius sui systematis, definitiõnem non modò obscurissimam, verùm etiã dolosam, et ambiguan, ex qua sua eruit theorematã, quæ omnia ideò captiosa sunt, ac quæ proindè per se ipsa corruunt. Rem jam aggrediãmur.

92. Præcipua Spinõzæ definitio, ut videre licet, *Ethic.*, p. 1, *defn.* 3, est definitio substantiæ hisce concepta verbis: « Per substantiam intèllico id, quod in se est, et per se concipitur: hoc est id, cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei, à quo formari debeat.»

Hæc definitio, ut observanti patet, duas amplectitur partes, videlicet, quòd substantia sit *id quod in se est*; et quòd sit *id quod per se concipitur*: hoc est, *id, cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei à quo formari debeat.*

Quoad primam partem observare licet,

hæc verba, *substantiam esse id quod est in se*, duplicem posse pati sensum; primò, substantiam esse id quod est in se, *id est, id quod est ex se*, ita ut nullam agnoscat causam à qua producatur: secundò, substantiam esse *id quod est in se*, id est, *quod est per se ipsum*, exclusò nempè subjèctò, quod illam sustentet.

Nos hic ideò ab Spinõza quærimus: an per illa verba, *substantia est id quod est in se* intèlligat, proprium esse omnis substantiæ ita *existere ex se ipsa* ut nullam cognoscat causam, quæ illam producat; an autem intèlligat tantum esse proprium omnis substantiæ ita existere, ut nullò indigeat subjèctò cui inhæreat, et à quo sustentetur? Si hoc postremum intèlligit, verum quidem intèlligit; est enim ab omnibus receptum, hoc adesse discrimen inter substantiam, ejusque modificatiõnes, quas alii vocant accidèntia, quòd hæc ut sint, indigent subjèctò à quo sustententur, quemadmodum motus, ut de cæteris taceãmus, nequit dari nisi adsit subjèctum quod moveatur; neque calor existere potest, nisi adsit aliquod subjèctum, quod sit calidum, etc., etc. Substantia autem ut sit, non indiget aliquò subjèctò à quo fulciatur ut homo, lapis, ferrum, etc.: ad sensum enim patet, hujusmodi existere, quin aliquod appareat subjèctum illa sustentans, prout apparet subjèctum sustentans motum, calorem, albedinem, etc. Itaque, si Spinõza inquiring substantiam esse *id, quod in se est*, intèlligit tantum substantiam, quæ ut sit, subjèctò non indiget à quo sustentetur, evèrtitur funditus totus quantum ejus Pantheismus: ex eo quippe quòd proprium sit substantiæ non indigere subjèctò à quo sustentetur, minimè sequitur, unam dumtaxat esse in Mundo substan-

tiam, eamque necessariò existere: plurima enim sunt, quæ, ut annotávimus, existunt sinè subjécto ea sustentánte, et quæ possunt desinere esse, ut homo, ferrum, lapis, etc. Si vero Spinoza inquiens, substantiam esse id quod est in se, intélligit, ut revéra intélligit, proprium esse substantiæ existere absque ulla cáusa illam producénte, definitio substantiæ falsa est quàm quòd falsissima.

93. Verùm datò non concessò, hanc esse genuinam substantiæ definitionem, observámus indè potiùs destrui, quàm ádstrui Pantheismum; hic enim, ut ipse, ejusque Patróni conténdunt, in eo situs est, ut Dei substantia sit única quæ in Mundo reperitur; ea verò, quæ nos creatúras appellámus, non sint nisi divinæ substantiæ modificatiónes ab ipsa emanántes, in quas divina substantia sese evólvit, dum hæ, quas creatúras nominámus, in Mundo appárent. Ex quibus sic argúimus: quæ sunt in Mundo, ut homo, lapis, arbor, etc., juxta Pantheistas, sunt tantùm modificatiónes substantiæ divinæ; ergo nequieunt esse unum et idem cum Deo, qui étiam secúndùm ipsos Pantheistas est vera substantia, et non tantùm modificatio sui ipsius. Rursùs, hæ modificatiónes, secúndùm Pantheistas, cáusam agnóscunt, ut enim ipsi ásserunt, à Dei substantia emánant, et quidem successivè; homo enim, arbor, etc., non semper extitèrunt, neque existunt, sed modò sunt, modò esse désinunt: quod dici nequit de Dei substantia, quæ núnquam præterit, neque ab álío emánat. Indè per se patet, Pantheismum potiùs destrui, quàm ádstrui, si substantia foret, id quod existit absque ulla cáusa ipsam producénte; id enim soli Dei substantiæ còmpetit, non verò alicui ex his, quæ in hoc Mundo appárent: Deus igitur nullatenùs est

álíqua hujus Mundi res; non est igitur Univérsum hoc; non igitur subsistit Pantheismus. Pantheístæ missérímè hallucinántur, cáusam efficiéntem cum materiali confundétes. Cáusa efficiens, extrínseca est; cáusa verò materialis, intrínseca. Cáusa efficiens non intrat in compositionem efféctùs, non est enim pars compóstiti, sed extra manet: cáusa verò materialis intrínsecè ipsum compósitum constituit. Ad hæc comprobánda innúmera possémus afférre exémpła. Sic Architétus est cáusa efficiens domùs, ab *ipso enim fit*: lápides, ligna, ferrum, etc., sunt cáusa materialis domùs, ex his enim, támquam ex *materia*, domus conflátur. Architétus, qui nec cáusa efficiens, manet extra domum, nec intrat in compositionem domùs; non enim dicimus domum *ex architétó* compóni. Lápides verò, ac ligna, etc., quæ sunt cáusa materialis domùs, útique intrant in domùs compositionem, et ideò dicimus, domum ex lapídibus, lignis, etc., compóni. Sic similiter, Pictor est cáusa efficiens imáginis depictæ, et extra imáginem depictam manet, et in ejus compositionem non intrat, ridiculum namque foret dicere, quòd imágo intrínsecè compónitur ex pictóre: colóres verò, cáusa sunt materialis imáginis depictæ, ipsam intrínsecè constituétes, et ideò meritó dicitur, imáginem depictam *ex eolóribus* conflári. Horologiórum ártifex est cáusa ipsórum efficiens, et quidem, ut patet, non manet intra ipsa; rotæ verò horológii sunt ejus cáusa materialis, et intra ipsum manent, et ideò meritó dicitur horológium compóni non *ex artifice*, sed *ex rotis*, etc. etc. etc. Ex his patet, quòd id, quod est cáusa efficiens alicujus, nequit esse ejus cáusa materialis, hæc enim est intrínseca, illa verò extrínseca.

Deus autem utique est causa efficiens totius Universi: omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil; quod neque negare possunt ipsi Pantheistae; ut enim merito philosophatur accuratissimus Aquinas, *lib. 2 contra Gent., c. 15*: «Omne quod est possibile esse, et non esse, habet aliquam causam, quia in se consideratum ad utrumlibet se habet (*id est ad esse, et non esse*); et sic oportet esse aliquid aliud, quod ipsum ad unum determinet. Unde cum in infinitum procedi non possit, oportet quod sit aliquod necessarium, quod sit causa omnium possibilem esse, et non esse... Hoc autem (*ens necessarium, ipso Spinoza fatente*), est Deus.» Cum autem omnia, quae sunt in Mundo, ut homo, brutum, planta, ferrum, etc., possible sint esse, et non esse, modo enim sunt, modo non sunt, Deus igitur est causa efficiens ipsorum. Causa, inquam, efficiens, adeoque omnimode, ut supra diximus, ab effectibus distincta; extra effectus manens; nullatenus ingrediens in compositionem effectuum; a qua cetera non materialiter, sed effectivè emanant, causa, inquam, efficiens in se penitus simplicissima; in se omnimode immutabilis; in se semper eodem modo eadem perseverans. Et quidem: si res, quae in hoc Mundo extant, non essent nisi substantiae divinae successivae evolutiones, seu modificationes, ita ut in ipsis servetur Dei natura, ut somniant Pantheistae, ab eis quaerimus: Ad quid Deus in huiusmodi modificationes sese evolvit? Forsitan, ut fiat imperfectior? Si ita foret, Deus sese evolveret, ut desineret esse Deus: ipsius enim natura exigit, ut sit ens summè perfectum. Ad quid sese evolveret? Forsitan, ut in perfectione, qua gaudet, perseveret? Si ita

foret, non semper eandem perfectionem haberet, cum huiusmodi modificationes non sint semper eadem, sed aliae aliis sibi succedant; sicque non esset Deus semper aequè perfectus. Ad quid ergo sese evolvit? Ut fiat perfectior? Si ita foret, Deus posset semper majorem, et majorem perfectionem acquirere, cum modificationes, seu evolutiones de novo fiant, sicque Deus numquam esset absolute perfectus; si non absolute perfectus, neque verus Deus: si non esset verus Deus, verè non daretur Deus. En qualiter Pantheismus, larvatus est Atheismus.

94. Rursus: Res, quae sunt in hoc Mundo, ut homo, brutum, arbor, aqua, etc., etc., vel sunt distinctae ab invicem, et ab ipso Deo, vel non? Si sunt res ab invicem, et à Deo distinctae, cadit Pantheismus, qui Deum ab hac Mundi machina non secernit. Si verò res, quae in hoc Mundo apparent, non sunt ab invicem, et à Deo distinctae, nulla erit inter ignem, et aquam reális distinctio; nulla inter Pantheistas, et bruta reális distinctio; nulla erit inter homines distinctio sexus; nulla ideò erit inter homines generatio; nulla erit societas, quae ex sui natura, multiplicatam sociorum importat; nulla inter homines poterit exerceri iustitia, quae ex sui natura importat quod sit ad alterum; denique, ut sexcenta alia, quae possemus, adducere absurda, altò praetermittamus silentio, nulla dari poterit Religio, etiam naturalis; haec enim necessario, et essentialiter importat Deum agnoscere superiorem, hominem verò ipsi inferiorem, qui Deo tamquam superiori tribuat cultum, obedientiam, honorem, laudem, adorationem, et ad quem preces porrigat, ut in suis necessitatibus ei opituletur. Pantheismus igitur, qui nullam inter Deum,

et Univérsum, reálem distinctiónem agnoscit, tot non ferédas profectò absurditátes, totque monstrósos fætus párturit, ut ipsum Pantheísmum vel refutáre, stómachum revéra móveat.

95. Pantheístas non minus verè, quàm gráphicè confódit Augustínus in *Soliloquiis*, c. 31, n. 4 et 5, inquit: «Interrogávi terram, si esset Deus meus: et dixit mihi, quòd non; et ómnia, quæ in ea sunt, hoc idem conféssa sunt. Interrogávi mare, et abyssos, et reptí-
«lia, quæ in eis sunt, et responderunt: «non sumus Deus tuus, quære super nos eum. Interrogávi ærem, et inquit «univérsum aër cum ómnibus incolis «suis: Fállitur Anaxímenes; non sum «ego Deus tuus. Interrogávi Cælum, «Solem, Lunam, et Stellas; neque nos «sumus Deus tuus, inquit.... Inter-
«rogávi deíndè Mundi molem: Dic mihi, «si es Deus meus, an non? Et respón-
«dit voce forti: Non sum, inquit, ego, «sed per ipsum sum ego; quem quæris
«in me, ipse fecit me: supra me quære
«eum, qui regit me, qui fecit me.»
Hinc conclúdimus cum eodem August.,
lib. 4, de Civít. Dei, cap. 12, dicente:
«Si ita est, (*nempè Deum esse únicam*
«*Mundi substántiam, ut volunt Pan-*
«*theístæ*), quis non videt, quánta im-
«pietas et irreligióstitas consequátur, ut
«quod calcáverit quisque, partem Dei
«calcet; et in omni animánte occidéndò,
«pars Dei trucidétur? Nolo ómnia dí-
«cere, quæ possunt occurrere cogitánti-
«bus, dici áutem sinè verecúndia non
«possunt,» ut quòd Deus commísit adul-
«téríum, cum David illud commísit: quòd
Deus vendíderit Joseph, cum fratres ejus
ipsum vendíderunt Ismaélítis; quòd
Deus fuit, qui sedúxit Susánnam, cum
Senes ipsam seduxére; quòd Deus sibi
proposuérít mentíri quándo fratres Jo-

seph sibi proposuérunt dicere mentiéndò Patri suo Jacob: *fera péssima devorá-
vit eum, etc., etc., etc.*

96. Ex hucúsque dictis benè perpén-
sis liquet, álias in Mundo præter Deum
reperíri substántias, quarum Deus est
cáusa, non materiális, sed efficiens.
Hinc per se fluit, quòd si Spinóza in-
quiens substántiam esse *id quòd est in se*,
intélligit próprium esse substántiæ exístere
absque ulla cáusa illam producénte, de-
finitio substántiæ falsa est quàm quòd fal-
síssima; juxta commúnem enim ómnium
sensem, substántia est id quòd nullò ín-
díget subjéctò à quo sustentétur ut exís-
tat, et hác ratióne substántia dicitur ens
per se subsístens: si verò Spinóza ul-
tériùs conténdit ad ratióne substántiæ
requíri, quòd à nulla cáusa sit pro-
ducta, datur manifésta petitio principii:
assúmit enim támquam certum, id quòd
est in quæstióne: Spinózæ enim incúm-
beret priùs probáre, substántiam esse
ens, quòd nedùm non índigeat subjéctò
eam sustentánte, sed étiam quòd nullam
agnóscat cáusam substántiam produ-
céntem.

97. Transeúndò áutem ad áliam de-
finitióne substántiæ partem, dum in-
quit: per *substántiam intélligo id quòd*
per se concipitur, dícimus, quòd si Spi-
nóza per hujúsmodi verba intélligit,
substántiæ concéptum esse ádeò abso-
lútum, ut nullam impórtet relatióne ad
subjéctum quòd eam susténtet, prout
eam impórtat motus ad móvile, color ad
colorátum, albédo ad album, etc., etc.,
non est profectò reprehendéndus, cum
per se páteat, eá, quæ apud nos subs-
tántiæ appellántur, ut homo, brutum, la-
pis, etc. nullo índigere subjéctò, quem-
ádmódum motus, calor, albédo, etc.,
à quo sustenténtur; sed quid índè pro
suo Pantheísmo? Licet ne índè inférre,

unam tantum esse in Mundo substantiam? Si autem per prædicta verba intelligit, conceptum substantiæ ita esse absolutum, ut quæcumque relationem ad causam, quæ illam producat, à se removeat, iterum petit principium, et falsum assumit, quod nec Spinoza, nec ejus asseclæ ullo umquam tempore sunt probaturi. Nos non præterit Spinózam prædicta verba explicaturum subdidisse: *hoc est id, cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei, à quo formari debeat*. Annotamus tamen, quòd per hæc posteriora verba idem intelligit Spinóza quòd per priora suæ definitionis verba, substantiam, nempe, nullam posse agnoscere causam, quæ illam producat; undè iterum, iterumque dicimus, id esse apertam petitionem principii, et asserere tamquam verum, id quod falsum esse, quàm quòd falsissimum, tum ratio, tum sensus communis, tum experientia invictè demonstrant; omnibus enim altè persuasum est hominem generare hominem, brutum generare brutum; ignem generare ignem, etc., etc.

98. Ex dictis inferimus ad rationem substantiæ unicè requiri quòd ita existat ut nullò indigeat subjectò eam sustentante, minime verò requiri ut nullam habeat causam à qua producatur. Undè, cum plùrima sint in hoc Mundo, ut homo, lapis, etc., quæ ita existunt ut nullo indigeant subjectò eà sustentante, sunt veræ substantiæ, quàmvis causam agnoscant à qua sint producta. Pantheistæ stultissimè confundunt substantiam increatam cum creatâ. De illius ratione est utique, et quòd nullò indigeat subjectò à quo sustentetur, et quòd nullam agnoscat causam à qua sit producta: solus equidem Deus est, qui non habet causam: cætera verò, quæ in Univérso reperiuntur, effectus sunt causæ primæ,

à qua ideò realiter distinguuntur: realiter enim toto cœlo distinguuntur habere et non habere causam. Ergo non unica tantum substantia, quæ Deus sit, datur in Univérso: ergo hocce Univérsum non est Deus: ergo cõrruit Pantheismus.

Qui plura desideret ad Systema Spinózæ refellendum, adeat Joannem Albertum Fabricium, *de Veritate Relig. Christ.*, c. 13; Patrem Lámium, *Ordinis S. Benedicti, Congregationis S. Máuri; Nouvel Athéisme Renversé, ou refutation du Système de Spinóza*; P. Gerdium, *Ordinis S. Páuli Deçollati*, qui post Jaquelótium, Budæum, Heinéccium attentius in exámen revocavit radicem Spinoziáni Systematis, quæ est definitio substantiæ à nobis: páriter hucusque discussa, et explóssa. Sed ad Pantheismum Germánicum gradum faciámus; ad exámen, inquam, revocémus technas, quibus Germáni nituntur Pantheismum, propugnare.

99. Nonnulli ex Philósophis Germánicis absdubiò animò secum recolentes, Pantheismum Spinoziánum, prout fuerat ab Auctóre propositum, et nudatâ facie, absque ullo colóre alliciènte depictum, risum potiùs movere, quàm assensum; nostris temporibus Pantheismi facièm quibusdam pigmentis conati sunt delinire, simulque deformitatem Pantheismi densissimâ larvâ tégere, verbórum farragine, ideárum confusione, conceptuum inter se pugnantium congèrie, Pantheismum non ut systéma, sed ut labyrinthum impermeabilem lectóri objicere; ut, qui eum velit oppugnare, nesciat quò tendat ut mentem Patronórum ejus assequatur. Festivus profectò modus propalándi errórem, ut qui eum refellere conetur, nūquam dignoscere valeat, saltem apértè, quænam sit mens, vel quid intelligat ille,

qui erroris patrocinium suscepit. Id clarissimum Balmes de Philosophis germanicis, *epist. 3 ad Scépticum*, loquentem induxit dicere: «Hæc deliria impugnare reddit difficile, quod hujusmodi recentibus Philosophis occurrit verbis adeo obscuris, ac enigmaticis sese exprimere, ut qui eos consulat, anxius semper sit an assecutus sit, necne Auctoris sensum.» Et clarissimus Maret in suo *de Pantheismo Tractatu*, c. 4, id ipsum roborat dicens: «Análýsim ac intelligéntiam horum systematum esse vel pro ipsis Germanicis negotium difficile.»

100. Tria sunt præcipua horum Philosophorum systemata, Fichte videlicet, Schelling, et Hégel. Hæc systemata profecto aliud non sunt, quam antiquus Pantheismus novis tantum formis circumvestitus, adeo ut Pantheismus vel apud ipsos Germanos, veros utique progressus non sit expertus. Tamquam basis horum systematum invenitur semper *unitas et idéntitas substantiæ*. Cui principio semper innixi reperiuntur antiqui Pantheistæ, ut Pithagorici, Eleatici, Neoplotonici, Scôtus Erigena, Jordánus, Bruno; et quod principio Spinoza, tamquam axi sui systematis usus est.

101. Pantheismus, quem Fichte credit, aliud non est, quam Pantheismus individuális. Juxta Fichte, tò *Ego* est quod unicè in Mundo realiter existit, ac ab ipso profluunt quæ in hoc Mundo observantur phenomèna: juxta ipsum, tò *Ego* est quod Mundum hunc exteriorè pro ducit. Unò verbò: juxta Fichte, tò *Ego* est Totum, et aliud præter ipsum non existit. Hoc *Totum* juxta ipsum est Deus, qui secundum Fichte est ordo moralis, ac distensio seu explicatio entis ideális in reale; rationis in facta; ac

totius progressus humani terminus. Sat superque notum est, Fichte eò stultitiæ, audaciæ, ac impietatis devenisse, ut Cathedram certo die conscendens discipulis dixerit: *Se creaturum Deum*. Si hæc non sunt somnia ægri delirantis vana, de quibus Horátius; Quodnam umquam inter homines delirium reperiri poterit?

102. Schelling aliam, ac Fichte, viam invit; admittit enim, existéntiam ac cognitióem esse unum, et idem: duos admittit Mundos, realem alium, alterum verò phantasticum, seu illusorium. Juxta Schelling, Deus non est objectum à ratióne distinctum; est unitas, et totum: Univérsum, et Deus unum idemque sunt, quemadmodum (ut ipsi placet) unum et idem sunt unitas, ac unitatis cognitio; juxta ipsum, quod cognitióni occurrit differens, múltiplum ac limitatum, non est quidem tale realiter in sua esséntia, sed id est tantummodo apparénte; finitum enim, ut ipse asserit, aliud non est quam mera illúsió, ac decéptio. Quid ergo? Schelling non distinguit ab ásino nisi apparénte? Apparénte tantum, et non realiter distinguit à lapide, ab stercore, etc., etc.? Schelling igitur verus erit ásinus, stercus, aliaque, quæ náuseam provocant, et ab humana societate, quántò cultiôres sunt homines, abiguntur, et propulsantur.

103. Hégel eisdem videtur inoffi principii, ac Schelling: in omnibus enim *unitatem* quærit, eamque sibi videtur invenire in idéntitate existéntiæ, et cogitantiis, et in unitate substantiæ existéntis, et cogitantis, quæ principia jecerat Schelling. In eruendis autem ex hujusmodi principiiis, illatióibus, aliter somniavit ac Schelling. Juxta Hégel única substantia, quæ existit, et cogi-

ta, est Deus, qui sese prodit, ac sese explicat in omne formarum genus. Hégel abstractione utens tum circa extensionem, tum circa cogitationem, illam reducit ad punctum indivisibile, hanc verò ad ideam in qua nihil repræsentatur distinctum; huncque suæ abstractionis partem vocat *absolutum*, quod in se tum extensionem, tum cogitationem includit, adeò ut *absolutum*, simul sit ideale, et reale. Juxta Hégel *absolutum* qualitibus indutum abstractis Logicam constituit; apprens hic Mundus exterior est id quod *Naturam* appellamus; et dum ulterius progréditur, est sicut *spiritus*. In his tribus Hégel tres suæ Philosophiæ partes constituit: Papæ! Qui potest capere capiat. Et quidem secundum Hégel *Absolutum* omnia producit, ac absorbet, et est omnium rerum essentia. Existéntia *Absoluti* núnquam completa est, seu terminata, adeò ut Cl. Maret de hujusmodi doctrína Hégel dixerit: «Quod juxta hanc doctrinam «Deus non existit, sed quotidie progréditur in sese formádo, seu elaborádo: quotidie enim sese disténdit.» Hæc monstrósa deliramenta induxere Cl. Maret ut diceret: «Fórmulam perfectè exprimentem doctrinam hujusce Scholæ esse hanc blasphemam, videlicet *Deus est in fieri.*»

104. Ex hucusque dictis benè perpénsis liquet, quòd etsi diversa excogitata sint systémata ad Pantheismum progugnandum; ea tamen omnia non nisi ambagibus verborum ab invicem distinguuntur: in principio autem, seu fundamento systématis perfectè conveniunt. Profectò: principium fundamentale ac constitutivum Pantheismi est: quòd nonnisi única existit substantia, cujus homo, et totum hoc Universum non sunt nisi hujus substantiæ attribú-

ta: hæc totius Pantheismi essentia. Quòd autem hæc única substantia, *idea*, vel *ens reale* nominetur, prout legimus apud Hégel; vel quòd *identitas universalis* appelletur, ut apud Schelling: vel quòd, prout apud Fichte, *Ego absolutum* dicatur; vel quòd, prout Spinóza, hanc substantiam dicant *Infinítum*; vel cum Jordáno Bruno *Únitas supréma* appelletur, vel cum aliis, similibus formis nominetur, apparet: hujusmodi exprimendi fórmulas non esse nisi nominales; in rei tamen veritate omnia Pantheistarum systémata, in uno eodemque conveniunt principio, nempe: quòd única tantum existit substantia.

105. Omnes Pantheistæ páriter convenire inveniuntur in negádo esse quid reale, quod sit múltiplum, quod diversum, quod limitatum: hæc enim juxta omnes Pantheistas, non nisi illusiones sunt.

Hocce Pantheistarum principium, sensui communi apertíssimè adversatur: nihil explicat: et in palmáres contradictiones, quæ omnibus notæ sunt, túrpitè incidit. Sensui communi adversatur: nam licèt realitas hujusce Mundi à Pantheistis denegetur; licèt pro aris, et focis contendant Pantheistæ, res, quæ in hoc mundo deprehenduntur, non nisi illusiones esse seu apparéntias; Humánitas tota quánta est íntimè habet sibi persuásum, Mundum hunc adspectabilem, quid reale esse, non autem quid fictitium, seu chiméricum: íntimè sibi habet persuásum, objécta, quæ in hoc Mundo deprehenduntur, réaliter ab invicem différre, sicque hóminem à bruto, ignem ab áqua, árborem à ferro, etc., etc., etc., res esse non ideáliter tantum, sed verè réaliter ab invicem diversas; íntimè sibi persuassum habet, Creatórem, et creatúram réaliter existere; Crea-

torem esse Deum, non autem creaturam; Deum esse Ens infinitum, creaturam autem limitatam; Deum esse Ens necessarium, non autem creaturam: Humanitas, inquam, habet hæc, et sexcenta alia sibi intimè persuassa, quibus, adeoque sensui communi Pantheismus adversatur.

106. Pantheismus nihil explicat, sed potius omnia implicat. Nam Pantheistæ asserunt, Deum sese non cognoscere nisi in ratione humana, imò non sese constitere nisi in ipsa, juxta ipsos enim secundum progressus rationis humanæ Deus in sui ipsius formatione progreditur, et secundum gradum, quò Deus sese evolvit, prædeunt quæ in hoc Mundo deprehenduntur phænomena. Hæc autem, quem præterit, nihil explicare, sed omnia turpiter confundere? His enim semel admisis, nulla daretur perfectio infinita; nullum adesset medium, quò ejus existentiam possemus cognoscere; nostræ ideæ, quæ aliquid finitum aut aliquid infinitum repræsentant, fallaces essent: et omnis veritas per has ideas repræsentata prorsus evanescit: en Scepticismus. Et quidem nulla daretur perfectio infinita, si enim secundum progressum rationis humanæ Deus in sui ipsius formatione progreditur, seu secundum talem progressum pedetentim perficitur; omnis ejus perfectio talis erit, cui poterit fieri additio: quis autem somniabit perfectionem accrescibilem infinitam esse? Nullum esset medium, quo Dei existentiam possemus cognoscere, cum enim juxta Pantheistas sola unitas sit quid reale et hæc Deus sit, omne autem multiplex aut diversum sit phantasticum; phantasticum etiam esset medium demonstrationis, cum hoc necessario debet ab objecto esse diversum. Etiam nostræ ideæ, quæ aliquid finitum, aut infinitum repræsentant,

fallaces essent, quia phantasticum seu fallax objectum haberent, seu repræsentarent, undè necessario deducitur non habere realem veritatem, sed fictitiam.

107. Pantheismus pariter in turpes incidit contradictiones; secundum ipsum enim finitum aliud non est quàm infinitum, sed sub diverso aspectu; infinitum sese convertit in finitum, et tum finitum, tum infinitum, unum idemque sunt. Hæc autem propositiones, quæ totum complectuntur Pantheismum; quid nisi palmarem contradictionem, et apertissimum offerunt absurdum? Quid enim est infinitum? Profectò, quod neque augeri potest, nec diminui: quippe si diminueretur desineret esse infinitum; si autem aliquid adderetur, signum foret antea non fuisse infinitum. Quàliter igitur, quod neque augeri potest, nec diminui, poterit identificari cum finito quod augeri potest, ac diminui? Id autem quid nisi apertissimum secum affert contradictionem et e diametro adversatur primo cognitionis principio, nempe: *Impossibile est, idem simul esse, et non esse?* Sed quid plura? Ex hucusque dictis liquet, Pantheismum, sive ab Spinóza, sive à Germánis expositum delibasse, refutasse sit. Addimus tamen pro corónide invictissima argumenta, quæ nondum suadent, sed et persuadent, ac demonstrant Dei Óptimi Máximi existentiam; ejusdem omnimodam immutabilitatem; summam ejus immaterialitatem, simplicitatem; in hocce Universo condendo, vel non condendo libertatem; suam à quolibet alio independentiam; suam perfectionem infinitam, cui nil umquam desit nec deesse possit; hæc omnia, inquam, invictissima argumenta integrum Pantheismum in cineres favillisque dissolvunt.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

CAPUT VI.

DE MAGNETISMO ANIMALI, SEU MESMERISMO.

108. Magnetismus animalis Mesmerismus etiam appellatur, ab eo, qui creditur fuisse ejus inventor, nempe, *Mesmer*, medicus quidam Germanicus. Hic magnetismus animalis in lucem prodit sub finem sæculi decimi octavi, an. nempe, 1779. In quo situs sit hic magnetismus animalis, declarant hæc ipsius Mesmer verba: « Est quoddam fluidum universaliter diffusum, quod quidem est vehiculum influxus cujusdam mutui inter corpora coelestia, terram, ac corpora sive animata, sive inanimata. Ejus actio pervenire potest ad loca admodum dissita, quin opus sit per ali- quod corpus intermedium pertransire. »

109. Cum hocce Mesmerii systema esset contra communes physicorum doctrinas usque tunc temporis recepta, multos et numero, et pondere graves medicos, ac physicae Professores oppugnatōres habuit. Profectō: inter conventus scientificos medicorum, qui hanc quæstionem in exāmen revocandam in Gallia locum habuere, ut ex histōria sit compertum, eminet qui habitus fuit mense Martii an. 1784, eumque indixit ipse Rex nōminans ad conventum formandum

quatuor ex facultate Parisiensi medicos, ad quorum petitionem tamen, adjunxit ipse Rex alios quinque ex Regali scientiarum Acadēmia selectos, quibus injunxit explorare magnetismum animale, quem Deslōnius, Mesmerii discipulus exercēbat. Ut prælaudati Régii Commissarii munus suum implerent, decreverunt, et executiōni mandarunt, assērtæ magnetismi actiōni se subjicere. Rem non probavit evētus. Nemo enim ex illis medicis aliquid in se est expertus quod actiōni magnetismi animalis posset adjudicari. Ut tamen magis magisque experirētur utrum esset necne nullitatis arguendus magnetismus animalis, prælaudati medici in domo *Franklin*, qui alius erat ex ipsis septem, primò collegērunt infirmos ex infima plebe; alios deinde altiōris stātus; aliquos tandem pūeros, idque prudēter præstitērunt, ut quoad possibile esset, variæ forent conditionēs individuāles eōrum, qui actiōni magnetismi animalis subjicerētur. De facto ipsi eos omnes subjecērunt; et Régii Médico-Commissarii sibi invictē persuasēre post tentata experimenta, magnetismum animale *nihil* esse; et

effectus, qui ipsi tribuuntur, non esse nisi imaginatiōnis effectus. Unde prae-
laudati medici Parisiis, die 11 Augusti
an. 1784, hisce subscripsere propositiō-
nibus: Prima, *Fluidum magneticum non
existit*: Secunda, *Magnetismus animalis
nihil est*: Tertia, *Media adhibita, ut ob-
tineantur effectus, qui dicuntur esse mag-
netismi animalis, sunt periculosa*.

110. Verum est, post quadraginta
annos, hanc de magnetismo animali
quaestionem fuisse in Regali Academia
Medicinae Parisiensi, urgente quodam
privato medico, nomine Foissac ad exa-
men iterum revocata; et licet quibus-
dam videatur tunc iudicium aliquod
fuisse emissum magnetismo animali pro-
pitiū; notandum tamen, hocce non
fuisse iudicium Academiae, cum apud
ipsam non fuisset haec materia discussa,
sed quorundam dumtaxat privatorum,
qui examini interfuere. Tantum autem
abest quod magnetismus animalis pro-
certo sit habendus, quin potius mag-
nus Sapientum numerus sit ipsi ad-
versus; ita ut M. Rostan etsi mag-
netizator dixerit: «Inter adversarios
magnetismi reperiuntur personae, quae
praestantioris habentur meriti, quo-
rum opinio in rebus scientificis vim
obtinere legis, et quod ipsi contemnunt,
est damnatio quaedam, a qua non licet
appellare.»

111. Ut aliqua adducamus huiusmodi
Sapientum testimonia, subjicimus M. Du-
pau scribentem: «Magnetismum esse
«artem undequaque phantasticam, in
«suis theoriis falsam, ac in praxi peri-
«culosam. In hocce iudicium me indu-
«xerunt, quas super hanc materiam
«institui observationes.» M. Bally com-
parat operationes magneticas Sybillarum
oraculis; scalae aenigmatica Maho-
metis; cavernae Trophoniae, etc. M. Dou-

ble agebat: «Inveni non parum mag-
netismi studio tum magnetizantis, tum
magnetizati personam gerens, et confi-
tenti cogor, me nunquam fuisse exper-
tum effectus, quos ajunt, huiusce mag-
netismi.» M. Laennec: «Viginti anno-
rum spatium insumpsi effectus magné-
ticos inquirens, sed incassum; non
inveni. Per me ipsum intendi magne-
tizare et modicam habui virtutem. Ex
unanimitate totius Mundi testimonio con-
stat, maximam partem effectuum mag-
netismi animalis, qui recensentur, fic-
tiones esse, ac veluti histriōnum jo-
cos.» Et ut de caeteris taceamus legatur
*Examen historicum, et rationum
stipatum, circa supposita experimenta
magnetica, a Commissione Regalis Aca-
demiae Medicinae, Auctore Doctore M.
Dubois*. De hoc examine asserit M.
Bouillond, quod est *Opus equidem ma-
gistrale, profunda innixum ratione*.
Ipse M. Dubois de se dicebat: «Vidi, et
legi magnetizantium opera, meque ip-
sis adversarium pronuntio. Legi et me-
ditatus sum Commissionis (a qua N. n.)
memoriam, et ira succensus sum vi-
dens in discrimen fuisse adductam per
indignos homines bonum nomen, cele-
bremque famam tot tantorumque gra-
vium personarum. Extra omnis dubi-
tationis aleam positum est, Academiam,
imo integram Facultatem Medicam in
discrimen suae existimationis, ac hono-
ris, aliter incidisse ob commissionis im-
peritiam.»

112. Ex quibus videtur inferendum
medicos, et numero, et pondere graviore
in ea esse sententia, quod magnetismus
animalis anilibus sit fabulis
amandandus.

113. Et quidem, quisque facili ne-
gotio poterit id sibi suadere, attentis
phaenomenis, quae magnetismo animali

sui adjudicant Patróni. Hæc siquidem dicuntur esse potissimum, *Spasmus*, seu Convulsio quædam membrorum, et tremor: *Attractio*, vi cujus magnetizatus accedit, aut recedit ad jussum magnetizantis: *Catalépsis*, seu vis in aliqua positione, seu gestu indefinitè manendi: *Immobilitas*, quatenus magnetizatus, impos redditur ut se moveat, quoad unum, vel plura membra: *Privatio*, aut *incrementum sensibilitatis*, in quantum, scilicet, magnetizatus, aut nullo modo, aut vividius persentiscat: *Somnus magnéticus*, quo dormiens cum nemo communit nisi cum proprio magnetizante, cui respondet, atque in omnibus obedit: *Somnambulismus lucidus*, seu *lúcida visio*, qua magnetizatus miras facultates acquirit, nempe videndi clausis oculis, aut stomacho, vel digito, et quidem interjectis etiam corporibus opacis; cognoscendi intuitu quodam internum proprii corporis organismum; prænuntiandi res futuras, internoscendi internas adstantium cogitationes, et similia.

114. Hæc contemplantes Moralistæ jure merito dubitarunt an Magnetismus animális adversetur, necne Christiánæ Religiónis puritati, ac sanctitati, et an tamquam divinationis, ac vanæ observantiæ species sit habendus? Ipsi, ut in re adeò gravi non festinò ac præcipiti, sed gravi, tardòque gressu incederent, ad Sedem Románam confugere ut dignaretur definire, an magnetismus generatim acceptus, et in se consideratus, licitus, aut illicitus esset habendus? Congregatio Generalis S. Officii 23 Júnii an. 1840, respondit: «Consulendos probatos Auctores, cum hac advertentiâ, quod remoto omni errore, sortilégio, explicitâ, aut implicitâ demonis invocatiõne, merus actus adhi-

«bèndi média physica aliundè licita, non «est moraliter vetitus; dummodò non «tendat ad finem illicitum, aut quomo- «documque pravum. Applicatiõ autem «principiorum, et mediõrum purè phy- «sicõrum ad res, aut effectus merè su- «pernaturales, ut physicè explicentur, «non est nisi decèptio illicita, et hære- «ticális.»

115. Ex his liquidò videtur profutere, magnetismum generatim acceptum, et in se consideratum cui tribuantur omnes effectus, quos memoravimus, illicitum esse, adeoque rejiciendum. Et quidem: internas aliorum cogitationes cognoscere solius Divinitatis est proprium juxta illud Hierem., c. 7, v. 9. «Pravum est cor hominis, et inscrutabile, et quis cognoscat illud? Ego Dominus scrutans cor:» ac si diceret: *nullus præter Deum*; ac de solo Deo inquit Apóstolus, *epist. ad Hebr.*, c. 4, v. 12 et 13: «Vivus est sermo Dei... et discretor cogitationum, et intentio- num cordis. Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda, et aperta sunt oculis ejus.» Est igitur supra omnem facultatem creaturæ, internas aliorum cogitationes cognoscere. Undè non nisi supernaturali revelatiõne mediante, nullus potest internas dignoscere aliorum cogitationes. Asserere igitur mediò magnetismo internas aliorum cogitationes posse cognosci, est asserere mediis purè physicis posse explicari id quod supernaturale est: quod juxta allatam S. Congregatiõnis definitiõnem, *non est nisi decèptio illicita et hæreticális.*

116. Pàriter, cum magnetismo tribuitur prænuntiatiõ futurõrum, eidem attribuitur id, quod est proprium Divinitatis, Isaia enim, c. 41, v. 23, legitur: «Annuntiate quæ ventura sunt

«in futurum, et sciemus quod Dii estis vos.» Unde recte Hieronymus ait: «quod Prophetia est quoddam signum divinae praescientiae;» et Cassiodorus inquit: «Prophetia est inspiratio, vel revelatio divina, rerum eventus immobili veritate denuntians.» Vid. D. Thom., 2.^a 2.^{ae}, quest. 171. Sic igitur cum magnetismo tribuitur vis praenuntiandi futura, asseritur per media physica explicari posse id, quod supernaturale est: id quod ut supra diximus, juxta allatam Congregationis definitionem non est nisi decipio illicita, et haereticalis.

117. Cum vero magnetismo animali tribuitur somnambulismus lucidus, seu lucida visio, qua videlicet, magnetizatus facultatem acquirit videndi clausis oculis, aut stomacho, vel digito, et quidem etiam corporibus opacis interjectis, ac cognoscendi intuitu quodam internum proprii corporis organismum; cui non occurrat, superfluum esse tempus terere ad similia absurda refellenda, cum ipsa retulisse refutasse sit, et solum ea commemorare sufficiat ad ea, ut par est, aestimanda, id est, ad nihilum redigenda? Et profecto, visio absque oculorum, et quidem non clausorum, sed apertorum, auxilio est aliud ex his absurdis, quae absque ambagibus merentur rejici, et absque haesitatione denegari, utpotè legibus Physicæ, ac mechanismo animali contraria, et, quod caput est, tamquam sensui communi adversa. Hic equidem omnibus praescribit, in hac decantata Somnambulorum visione sine oculorum auxilio, nullam posse dari speciem causalitatis inter causam, et effectum, cum sine oculorum auxilio nullum detur medium, quod lux modificetur, refrangatur, et suam transmittat usque ad cerebrum impressionem, sine quibus visio non obtine-

tur. Sensus communis nos edocet, nihil existere absque conditione, quae ad rei, de qua agatur, est essentialis. Sic, nulla datur, aut dari potest actio mechanica absque machina; nulla actio vitalis absque organo; nulla digestio sine stomacho; nulla respiratio absque pulmone; nulla sensatio absque aliquo organo sensitivo, vel sensu; consequenter, nulla vera visio absque oculis. Et quidem visio realis unice potest dari, cum adest impressio objecti realis, ac sensibilis supra nervum opticum, aut retinam, id quod excludit, visiones hallucinativas, et phantasticas somniorum, in quibus nullum adest objectum reale nervum opticum de novo afficiens, ac consequenter nulla vera visio, sed dumtaxat simulacra quaedam, aut recordationes absque ulla realitate. Sic igitur fabulis est amandandum, Sonambulos per magnetismum animale acquirere facultatem videndi oculis clausis, aut stomacho, aut digito, et etiam corporibus opacis interjectis.

118. Idem iudicium ferendum de vi cognoscendi intuitu quodam internum proprii corporis organismum, aut internoscendi organa sana, vel infirma corporis humani, ut magnetismi animalis propugnatores contendunt. Huic enim interiori visioni intimae organizationis corporis humani semper, et invictè obstat tegumentorum densitas; haec sunt veluti quidam murus, aut paries, et quidem crassus, ac impermeabilis; et quantumvis corpus humanum foret quodammodo diaphanum; quò pacto queunt cognosci, et accuratè describi viscera sana, aut infirma, absque ulla, ne quidem minima notatione anatomica, aut medica? Idem ipse Rostan fatetur: «se nunquam obtinuisse (à Sonambulis magnetizatis) nisi descriptiones, aut

«pénitús falsas, aut ad minús valdè er-
«róneas. Rarissimè contingit sonámbu-
«los, étiam lucidióres, vidére vel adum-
«brátim intérnum próprii sui córporis
«organísmum; máxima sonambulórum
«pars ídeas rétinent absúrdas, ad instar
«inánium somniórum; et nihil amplius.»
En ex ore ipsórum magnetísmi animá-
lis Patronórum, quo tandem devenit
Somnambulismus lucidus, seu lucida
visio, quam tantóperè magnificanc Magnet-
ístæ. Plura ália quidem possémus
his adjicere ad magnetísmum animálem
falsitátis arguéndum; supersedémus tam-
men, ne tempus inutiliter terámus, ar-
réptá enim fingéndi licéntiá, equis erit
fabulárum finis? Certè, si Horátius hæc
Magnetizántium deliraménta audivísset,
non ália sanè quam hac ratióne ad ea
refellénda usus fuisset; *Risum teneá-*
tis, amici. Nihilóminus tamen pro rei
dignitáte seriò loquéntes, non risum ín-
quimus, sed religiósium zelum cohibére
nemo tenére póterit, áudiens M. Rostan
ádeo extulisse magnetísmum, ut dixe-
rit: «Jú dico, phænómena supernaturá-
«lia, quæ occurrere potuérunt antiqui-
«tús, et quæ réaliter extitérunt, posse
«médiò magnetísmò explicári... Jú dico,
«multitúdinem factórum, quæ miracu-
«lósa reputántur, non áliam habuisse
«cáusam, quàm magnetísmum.» Hallu-
cinátur profectò M. Rostan in his asse-
réndis. His semel admissis, fácti negotio
quisque posset Christum, non ut veró-
rum miraculórum patrátorem, sed úni-
cè ut magnetizatórem tradúcere. Quid
áutem hóc magis blasphemum? Quid
áutem hóc damnabilius? Quid indè ígi-
tur per se fluit? Quod hujúsce géneris
magnetísmus non est licitus, Sacra enim
Congregátio, juxta dicta n. 114 decrevit,
quòd sit illicitus magnetísmus, *qui ten-*
dat ad finem illicitum, aut quomodo-

cúmque pravum. Sed de magnetísmo
animáli sub hoc aspéctu considerátò dic-
ta sufficiant. Ad ália étiam non parvi
moménti è vestígio transeámus.

119. Médicis, ac Physicis sanióris
consílii relinquentes ultérius inquirere,
an magnetísmus animális sit sciéntia
quædam ænigmática, cabalística, mági-
ca, diabólica; præsuppónimus tamen ut
certum, magnetísmum animálem exis-
tere quandóque in somnambulismo, in
quem influit; æ sæpè sæpius existere
in phænómenis nervósis, quæ producit;
et tandem existere in eo agéndi modo,
qui est sibi characteristicus. Nunc ergo;
magnetísmus animális in somnambulis-
mo, in phænómenis nervósis, ac in suo
agéndi modo, nonne tot secum fert pe-
ricula morália, quæ suádent, ac evin-
cunt, ipsum nec à Deo, nec à natúra
procédere? Id est in quo elucidándò
opus est paulisper immorári.

120. *Pericula in suo agéndi modo*. En
compéndium præcipuárum circumstan-
tiárum, quæ juxta M. Rostan in Magneti-
zatóre debent reperiri. Nécessum est,
Magnetizatórem esse simpáticum; sanitá-
te gaudere; in vigóre ætátis, seu in ætáte
mátúra, vitam dúcere; quod sit vir gra-
vis, affectuósus, ac persóna magnetizá-
ta, si possibile est supérior... et quod
super illam áliquod exerceat prædomi-
nium. Íterum idem M. Rostan addit:
Inter persónas, quæ magnetismo exer-
céndò incumbunt, fáctiús óbtinent id,
quod sibi propónunt, illæ, quæ sunt vi-
vácis indolis, æstuósæ seu calidióris
temperaménti, vehementes, (vulgò, *en-*
tusiastas.) Quoad persónas verò magneti-
zándas, quæ habéntur aptióres ad magnos
obtinéndum effectús, sunt fæminæ ætátis
juvenilis, ádmodum nervósæ, sensibiles,
fáctiles ad impressiões recipiéndas, his-
téricæ, id est, plús minús vé æstuósæ, af-

fectuosa, erotomania. Præ oculis insuper habeantur conditiones, ac situs quos Mesmer et Magnetizatori, et Magnetizatae praescribit. Magnetizator sedere debet coram Magnetizanda facie ad faciem, ac vicissim pedibus, genibus, et praecipue manibus sese tangere, insuper etiam oculis, id est, longò, et non interrúptò intuitu sese aspícere. Post hæc nefanda praeliminaria, diversi alii contactus superadduntur in capite, scapulis, brachiis, qui quidem contactus ad pedes usque sese extendunt, imò aliquando usque ad epigastrium, id est, usque ad superiorem ventris regionem, etc., etc.

121. Quis hæc audiendò ab horròre tēperat! Certè necessarium non est, nimis altè penetrare cordis humani fibras, ac latebras, ad iudicium ferendum de effectibus, quos hæc ænigmatica artificia producere valébunt in adolescēntula ad sensationes percipiendas valdè idonea, animo perturbata, et ob emotionem palpitante; et vicissim forsitan etiam in Magnetizatore, indolis, ut diximus, simpaticæ, nullò laborante morbò, vigóre fruente ætatis, id est, in iuvene, qui ob suam pulchritudinem, ac præstantem corporis habitum, sese sistit ante Magnetizandam veluti alter Cupido. Quot indè lapsus deplorandi sunt, qui Morali publicæ insultant!!!

122. *Pericula magnetismi animalis ob somnambulismum, in quem influit.* Somnambulismus est magnus ille scopolus, magis quam Scylla, ac Charibdis, formidandus, in quo innocentia, et virtus tristissimum, ac lamentabile naufragium subire valent. Hæc non obscure innuit eruditissimus Medicus Debreyne dum de periculis Somnambulismi loquens inquit: «Si infamiae, si horròres, qui ad aures usque pervenere, certi sunt, (de quibus ob deplorandum

« fatum mihi quidem non fas est dubitare) intimè mihi persuasum est, inter « média corruptionis, quæ quolibet tēpore Orcus evomerit, magnetismum « animalem posse esse omnium execra- « bilis.»

123. Et quidem, eruditissimus physiologus, Doctor M. Dupan de Magnetismo loquens relatè ad Moralem publicam hæc scribit: «Extra omnem dis- « putationis aleam repositura esse debet, « Magnetizatorem magnòpere influere « moraliter in personam sonambulam. « Hujus voluntas manet quodammodo so- « pita, ac veluti semi-dormiens, et « nūquam præceptis Magnetizantis re- « sistens... Ex intimis relationibus Mag- « netizantem inter ac Magnetizatam pro- « venientibus ex mutuis, et alternis in- « tuitibus ob tenerrimos ad invicem af- « fectus roboratis; ex hisce impressi- « bus insolitis, simul et gratis, ex hocce « stātu pēnitus novo, in quo reperiuntur « personæ sonambulæ, oritur adhesio « quædam absoluta somnambulatum er- « ga Magnetizatorem. Ipsarum gratitudo « ad culmen usque passionis provecta, « robor addit, et calcaria omnibus animi « motibus affectuosis. Jūdicet indè « unusquisque quid accidet, si sonambu- « la adolescēntula sit, ac ejus Magneti- « zator præstantibus est donatus corpó- « reis qualitātibus. M. Rostan non erū- « buit assérere, illam hunc sequuturam, « ad modum, quò hærum suum séqui- « tur canis.»

124. Si medici tantò vigóre inve- hūntur in perturbatiōnes, ac damna, quæ praxis magnetismi animalis gignere valet, nihil mirandum, Episcopos veritatis depositarios validè etiam, et ex intimo corde, in hunc magnetismum mendacem, ac depravatorem insurgere. Ex multis hujusce generis testimoniis, quæ

possémus addúcere, hoc seligimus. Episcopus *de Moulins*, in suo edicto ad Jubilæum an. 1836 aiébat: «Insurgémus adversùs hæc tenebrósa invénta, contra has ænigmáticas revelatiónes, quas hodiérni falláces sapiéntes, materialismi Asséclæ, Morális corruptóres obrúndunt, quos óbviis ulnis acceperunt, et ad cœlum usque extulérunt, qui nostram (Gállia) revolutiÓNem infáustam machinábantur, et cujus scándala sátagunt nonnólli hisce nostris tempóribus iterùm in scénam producere. Designábimus nominátim, hanc funéstam sciéntiam magnetismi animális, cujus vel única denominátió non obscurè innuit immoralitátem eórum, qui ipsi incúmbunt, eamque ad práxim révo-cant, et ad eam propagándam desú-dant; sciéntia équidem perturbátrix, cujus effectus est deordinatiÓNem introdúcere in ómnibus hóminum facultátibus, tum physicis, tum morálibus.»

125. His áddimus hæc, quæ litteris exarávit Comes M. Robiáno: «Évidens,

«et formáliter in confésso est, magnetismum animálem habituáliter stimulare, ac fovére passiónes deordinátas; ad morum licéntiam provocáre, consciéntias depravándò relaxáre. Académia Medicinæ Sócii, qui, regnánte Ludovicò XVI, phenómena magnetismi animális observárun, hoc ipsum de eo judícium ferébant, addéndò, usum hujúsce magnetismi non posse non esse móribus periculósum.»

126. Tandem conclúdimus cum célebrí Scavini, de Magnetismo agénte: «Cùm dein éadem quæstio (*Sedi Románae*) propósita fuisset váríis indúta circumstántiis, et casibús non rarò, nē dicam semper, in Magnetismi usu incédéntibus, qui nempè favent incredulitati, et morum corruptelæ, tam S. Congregátió prædicta 21 apr. 1841, probánte Gregóriò XVI, quàm S. Pœnitentiaria 1 julii ejúsdem anni, exprés-sè declarárun, *usum Magnetismi*, ut fuit expósitus, *non licére.*»

CAPUT VII.

DE SYSTÉMATE FRÆNOLÓGICO.

127. In hoc cápite præsertim indulgeant nobis latinióres, si cógimur términos non semel adhibére, quos Látium nondam civitaté donávit; qui tamen ut términi téchnici in usu sunt Frænológórum.

128. Quod antiquitús *Craneología*, *Organología*, vel *Craneoscopia* nuncupabátur, hac nostra ætáte nomen óbtinet Frænologíaæ. Hæc nihil est áliud, quàm systéma, quod Gall agnóscit Auctórem, vi cuius systématis, qui ei adhærent, inspiciéndò protuberántias, vel depressiões cráneí, sibi blandiúntur cognóscere divérsas facultátes, vel aptitúdines hóminum, suas páriter inclinatiões, et passiónes; vel, si magis lubet, Frænología est doctrína propúgnans pluralitátem organórum materiálium, quæ ut frænológis placet, sunt princípia actíva operatiónum nostrárum, ádeo ut ipsæ nostræ operatiões intellectuáles, ac moráles próprium hábeant órganum materiále, quod actívum eárum princípium sit nuncupándum. Profectó, cérebrum juxta Gall, (vol. 1, p. 25), est *ómnium perceptiόνum origo; cujuscúmque instinetús, inclinatiónis, et totius vis morális*

et intellectuális, sedes. Indè, cùm bruta animália non cáreant cérebro, ipse Gall, (ibid., pag. 56), belluárum facultátes facultátibus hóminum assimilat non dubitans assérere, bruta donári étiam facultáte *abstrahéndi*, (id est, res ab individuís abstráctas percipiéndi in universáli); et pag. 57, addit, *frequénter brutórum actiões sensum moralitátis; justí, et injústí, denotáre; et pag. 283, tandem ásserit: hóminem esse donátum órganis intéris quoad ea, quæ Morálem, et Religiónem spectant; et ad cognoscéndum, et honóre prosequéndum Ens ætérnum, ac indepéndens*.

129. Hinc méritò cum Doctóre Cerise (Exposit. et exam. crit. system. frænol.) Frænología describí potest, quòd sit systéma proclamans, organórum activitátem esse originem ómnium determinatiónum, omniúmque operatiónum hóminis, sive moráles sint, sive intellectuáles. Sic igitur, ut idem Doctor Cerise ib. obsérvat, juxta frænológicum systéma, homo, non actívè, sed merè passivè se habet in suis operatióibus, ejus motus ália non agnóscunt cáusam, quàm impúlsus orgánicos; in mótibus ad invicem

contráriis, quos aliquándo experitur, non est ipse, qui luctátur, sed diversa órgana, quæ ipsum válidè impéllunt; volúntas húmana est in systémate frænológico vox quædam omni sensu destitúta, eò quia juxta hoc systéma non debet in hómine agnósci volúntas réalís, et libera, sed id tantùm quod in mola aláta (vulgò *molino de viento*) reperitur, aut in navi, quæ sola vi ventórum et flúctuum mare findit; tandem in systémate frænológico homo non est áliud, quàm ánimál, cujus conditio est, impúlsibus sui organismi obtemperáre.

130. Hæc cùm ita sint, systema frænológico, quómodo conciliári potest cum verbis Dómini, *Gen. cap. 4*, Cain alloquéntis: «Sub te erit appetitus ejus *(scilicèt peccáti)*, et tu domináberis illius?» quómodo cum verbis *Ecl. cap. 15*: «Deus ab infitio constituit hóminem, et reliquit illum in manu consilii sui. Adjécit mandáta: Si volúeris serváre, conservábunt te... appóris serváre, et ignem: ad quod volúeris, pórrige manum tuam. Ante hóminem vita, et mors, bonum et malum, quod placúerit ei, dábitur illi?» quómodo cum verbis Josuë, Israelítarum ducis, ipsos *cap. ult.* alloquéntis: «Óptio vobis datur, eligite hódie quod placet, cui servíre potíssimum debeátis, útrum diis, quibus serviérunt Patres vestri in Mesopotámia, an diis Amorrhæórum, in quorum terram habitátis? Ego, autem, et Domus mea «serviémus Dómino?» quómodo ántem cum his verbis *Ecl. cap. 31*: «Erit illi glória ætérna, qui pótuít transgredi, et non est transgréssus, fácere mala, et non fecit?» quómodo cum verbis Apóstoli, *1 ad Cor., cap. 6*, aiéntis: «Quod vult fáciét; non peccat, si nu-

bat:» et mox «Non habens necessitátem, potestátem ántem habens suæ voluntátis?» quómodo cum judicio Ecclésiæ in Concilio Tridentino, *Sess. 6, Can. 6*, definiéntis: «Si quis dixerit, «non esse in potestáte hóminis vias suas «malas fácere..... anáthema sit?» Si enim homo esset, prout ex vi systématís frænológico, quod exposúimus, esset sicut mola aláta, aut velut navis, quæ solà vi ventórum, ac flúctum mare findit, aut velut ánimál, cujus conditio est impúlsibus sui organismi obtemperáre, quómodo sub hómine, id est, sub dómínio hóminis, esset appetítus peccáti, ipsique dominaréture? Quómodo Deus hóminem reliquisset in manu consilii sui, ita ut adjécit mandátis, liberum esset hómini ea serváre, ac porrigere manum ad quod volúerit? quómodo óptio datá fuisset homínibus, ac potéstas eligénda, prout eis placúerit, vel diis aliénis, vel vero Dómino servíre? quómodo áliquis foret, de quo dici posset: pótuít transgredi, et non est transgréssus, fácere mala, et non fecit? quómodo quis habéret potestátem suæ voluntátis, et non necessitátem? quómodo esset in potestáte hóminis vias suas malas fácere? An non cæcò ímpetu naturæ absque ulla libertáte vitándi ad ea ómnia homo arriperéture, si, prout frænológis placet, homo esset ita constitútus, ut órgana ejus materiália, et non ália sint princípia actíva suárum operatiónum, quorum inflúxui non dominári potest, sed obtemperáre tenéture, prout navis tenéture obtemperáre, et non potest dominári vi ventórum eam impelléntium?

131. Unò verbò, aut Frænólogi, quos impugnámus, hóminis libertátem, seu liberum hóminis arbitrium, admittunt, aut negant? Si negant, támquam

hæretici, juxta Concilii Tridentini definitiones, sunt habendi: Si concedunt, funditus ruit eorum systema, nam juxta Frænólogos, órgana materiália, quæ ipsi supponunt, independéntia sunt, et propriam rétinent activitatem, ex qua *necessariò et immediatè* omnes operationes, étiam intellectuáles, et moráles procedunt, quod locum nequit habere, si admittatur libértas, huic enim operatio *necessaria* adversatur. Libertate admíssa, frænólogi inspicéndò protuberántias, vel depressiónes cráneí, quid de liberis operatióibus hóminum póterunt úmquam augurári?

132. Audiant Frænólogi D. Thomam, 1.^a p., q. 115, art. 4, qui inquirens, utrum cõrpora cœlestia sint cãusa humanõrum áctuum, doctrinam tradit, quæ eos à sua hallucinatióne póterit liberáre. En S. Doctõris verba: «Cõrpora cœlestia in cõrpora quidem ímpri-
«munt directè, et per se; in vires áu-
«tem ánimæ, quæ sunt actus organõ-
«rum corporeõrum directè quidem, sed
«per áccidens: quia necesse est hujús-
«modi actum harum potentiãrum impe-
«diri secúndum impediménta organõ-
«rum, sicut óculus turbátus non benè
«videt. Undè si intelléctus, et volúntas
«essent vires corpõreis órganis alligatæ,
«(sicut posuerunt áliqui dicentes, quòd
«intelléctus non differt à sensu), ex ne-
«cessitate sequerétur, quòd cõrpora cœ-
«lestia essent cãusa electiõnum, et ác-
«tum humanõrum: et ex hoc sequeré-
«tur, quòd homo naturáli instinctu age-
«rétur adsuas actiões, sicut cætera ani-
«mália in quibus non sunt nisi vires
«ánimæ corpõreis órganis alligatæ: nam
«illud quod fit in istis inferiõribus ex
«impressiõe cõrporum cœlestium na-
«turaliter ágitur: et ita sequerétur, quòd
«homo non esset liberi arbitrii, sed ha-

«béret actiões determinátas, sicut et
«cæteræ res naturáles: quæ manifestè
«sunt falsa, et conversatiõi humánæ
«contrária.»

133. «Sciéndum est tamen, quòd in-
«directè, et per áccidens impressiões
«cõrporum cœlestium ad intelléctum,
«et volúntatem pertinere possunt, in
«quántum scilicèt tam intelléctus, quàm
«volúntas áliquò modò ab inferiõribus
«viris accipiunt, quæ órganis corpõ-
«reis alligántur. Sed circa hoc diversí-
«modè se habent intelléctus, et volún-
«tas. Nam intelléctus ex necessitate ác-
«cipit ab inferiõribus viribus apprehen-
«sivis: undè turbatã vi imaginatívã,
«vel cogitativã, vel memoratívã, ex ne-
«cessitate turbátur áctio intelléctus:
«sed volúntas non ex necessitate séqui-
«tur inclinatiõnem appetitús inferiõris.
«Licèt enim passiões, quæ sunt in iras-
«cibili, et concupiscibili hábeant quãm-
«dam vim ad inclinándum volúntatem;
«tamen in potestate volúntatis rémanet
«sequi passiões, vel eas refutãre....
«Põnere igitur, cœlestia cõrpora es-
«se cãusam humanõrum áctuum, est
«prõprium illõrum, qui dicunt, intellée-
«tum non diffèrre à sensu, (*adeõque*
«*nos brutis æquiparant*).» Undè et *ibid.*
«ad 3^m subjúngit S. Doctor: «Quòd plu-
«res hóminum sequúntur passiões, quæ
«sunt motus sensitivi appetitús, ad quas
«cooperári possunt cõrpora cœlestia;
«pãuci áutem sunt sapiéntes, qui hu-
«júsmodi passiõibus resistent. Et ideò
«Astrólogi, ut in plúribus vera possunt
«prædicere, et máximè in commúni,
«non áutem in speciáli: quia nihil pró-
«hibet, áliquem hóminem per liberum
«arbitrium passiõibus resistere. Undè
«et ipsi Astrólogi dicunt, quòd *sapiens*
«*homo dominátur astris*, in quántum
«scilicèt dominátur suis passiõibus.»

134. Hæc quæ D. Thomas docet de corporum cœlestium inflûxu respectu intellectûs, et voluntâtis, applicent Frænologi suis commentitiis organis, quæ juxta ipsos sunt principia activa operationum, tum ad intellectiõnem, tum ad voluntâtis moralitatem spectantium, quibus organis, ex vi systematis ipsorum voluntas non dominatur, sed è conversò tenetur obtemperare. Hæc applicatione factâ, præterire non poterit ipsos Frænologos, quòd quemadmodum corpora cœlestia nequeunt esse causa, seu principium activum humanorum actuum, aliàs libertas arbitrii periret; ita organa corporalia, quæ Frænologi supponunt, et contendunt esse principia activa nostrarum operationum intellectuâlium, et moralium, nequeunt cum humana libertate conciliari.

135. Miserè falluntur Frænologi existimantes, organum aliquod corporale esse posse principium activum nostrarum operationum vel intellectuâlium, vel moralium, id est, ad voluntatem pertinentium. Si enim ita foret, operationes nostræ intellectuâles, ac voluntariæ, ordinem corporum transcendere non valerent, cum actiones nequeant umquam transcendere ordinem principii, à quo eliciuntur. Quem autem præterit, nos multa cognoscere, ac velle, quæ non sunt corpora, sed quæ omnium corporum transcendunt ordinem? Nonne cognoscimus, quid veritas sit, ac falsitas; quid bonitas, ac malitia; quid virtus, ac vitium; quid felicitas, ac miseria; quid honor, ac infamia; quid commodum, etc., etc.; circa quæ nostra voluntas etiam suos elicit actus, ea vel prosequendò, vel odiò habendò? Neutrum autem eorum est corpus. Nullum ergo organum corporale esse potest principium activum nostrarum opera-

tionum ad intellectum, ac voluntatem spectantium.

136. Rursus. Si organum corporale esset principium activum nostrarum intellectiõnem, intellectio rerum corporearum esset motio corporalis, prout motio corporalis sunt omnes actus aliorum organorum corporaliùm, puta, visio, auditus, tactus, etc. Motio autem corporalis fit per hoc, quòd aliquid corporale tangit, et, ut ita dicamus, premit organum corporale. Jam vero, corporale, quòd tangeret, et premeret organum corporale, ut eveniret intellectio, qualiter volunt supponere Frænologi illud tangere? Secundum se totum, vel solum secundum aliquam sui partem? Si solum secundum aliquam sui partem, coguntur concedere, hanc solam partem percipi, vel intelligi valere, numquam verò totum, cum totum in data hypòthesi organum non tangeret, totum autem percipi non posse, nonne experiëntiæ adversatur? Et certè, intellectus enim cognoscit totum, et partem, aliòquin affirmare non posset *totum esse majus sua parte*.

Contendunt igitur Frænologi, corporale, quòd tangit organum corporale, ipsum tangere secundum se totum? Ast hoc est à vero prorsus alienum, quia corporalia ita se tangere nequeunt, aliòquin penetrarentur. Concedendum est igitur, intellectiõnem esse non posse motiõnem corporalem. Igitur, nec organum corporale potest esse principium intellectiõnis.

137. Iterum; si organum corporeum esset principium activum operationum intellectuâlium, non possemus intelligere corpus nisi in singulari, eò quia organum corporale est loco, ac tempore alligatum, prout quòdlibet singulare corporeum; undè organum corporale nequit tantam

vim habere, quæ usque ad percipienda corpora in universali sufficiat, tunc enim neque loco, aut tempore alligaretur, sed ab eis abstrahere, prout et abstrahunt universalia. Hinc, quia visio, e. c. fit mediò organò corporeò, nequimus videre nisi corpora in singulari, uti hanc terram, hunc ignem, hanc aquam, hunc hominem, etc., etc., quæ coram oculis obversantur; nemo enim umquam vidit, nec videre poterit organò corporeò visus aut aquam, aut terram, aut ignem etc. in universali, sed id tantum intellectui reservatur. Organa igitur corporea, quæ supponunt Frænologi, nequeunt esse principia activa operationum intellectuàlium.

138. Tandem: Organa corporea, cum materia sint, sunt prorsus inèpta ad percipienda immaterialia, hæc enim esse nequeunt objectum potentie materialis, et corporeæ, cum potentia et objectum ejusdem sint ordinis. Nulla potentia autem percipere, aut attingere valet, quod est extra sui objecti spheram; sic oculò nequimus percipere sonum; auditu nequimus percipere colorem; etc., etc., eò quia sonus est extra spheram, ac limites visus, prout et colores extra spheram auditus reperiuntur. Cum igitur per intellectum percipiamus immaterialia, nempe, ut diximus, veritatem, et falsitatem; bonitatem et malitiam; virtutem et vitium, etc., qui fieri potest vim intellectivam esse vim alicujus organi corporalis? Vid.

D. Thom. lib. 2 contr. Gent., cap. 49.

139. Rem maturè perpendentibus patet, Frænologos non satis distinguere, sed potiùs confundere activitatem humanam cum organorum passibilitate. Confusione sic super hanc materiam sparsa, judicent æqui rerum æstimatores, an activitas organorum corporàlium, quam fingunt Frænologi relatè ad operationes tum intellectuàles, tum morales, inducat, necne ad fatalismum, et materialismum.

140. Ad fatalismum quidem, nam Frænologorum systemate admissò, quisque, sive bonum, sive malum operetur, poterit respondere, se ita fuisse operatum, quia *sic fata tulèrunt*, id est, quia organa corporalia, quibus donatus fuit, et quibus resistere nequivit, ad sic operandum ipsum impulèrunt.

141. Ad materialismum autem, eò quia in Frænologorum systemate, quod impugnàmus, organa materialia supponuntur; et quidem ipsa sola, tamquam principium activum omnium nostrarum, etiam intellectuàlium, ac moralium operationum.

142. Nos Interim firmiter æstimàmus, huncce frænologismum latissimam sternere viam ad ejus sectatores in profundam tum fatalismi, tum materialismi abyssum præcipitandos. Indè novum et quidem peremptorium surgit argumentum ad Frænologiam è societate eliminandam. Undè sit

CAPUT VIII.

DE FATALISMO.

143. Priusquam de Fatalismo disseramus, operæ prætium erit falsa à veris secernere, et quæ prorsus improbandò, ac non ferendò sensu accipiuntur, in verum, legitimúmque sensum revocare. Ad rem.

144. Antiqui variè circa Fatum erravere. Cùm juxta Aug. *lib. 5 de Civit. Dei, cap. 9*, Fatum à *fando* derivari videatur, nómine Fati intelligitur quædam immóbilis evéntuum præordinatio ab aliquo sapiente præscita, juxta quæ legimus apud Boëtium, *lib. 4, de consol., prosá 6*. Quidam autem inter Véteres Mundum Dei providentiâ regi denegabant, undè consequenter è medio tollébant hocce Fatum, ómnia casu, et temerè evenire propugnantes. Alii Fatum quidem admittébant, sed illud ad corpora cœlestia revocabant, asserentes, Fatum esse inevitabilem Astrórum impressiónem, cui ómnia, étiam humana negotia subjiciebant: id autem est à nobis jam num. improbatum, cùm humani arbitrii prorsus eradícet libertátem. Stóici autem Fatum in quâdam causarum serie, et concatenatióne reponébant, supponentes, omne, quod in Mundo fit, cau-

sam habere; pòsitâ autem causâ, ajebant *necessariò* ponendum efféctum; et si una non sufficiebat, plures concurrétes admittébant, inferétes indè, ómnia *necessariò* evenire. Horum opinióem refert D. Thomas, et ex eo impúgnat, quòd necesse non sit, pòsitâ causâ poni efféctum, impediri quippe potest per fortioris causæ concúrsum, qui tamen non est *necessarius*, sed contingens. Alii demùm fingébant, Fatum esse necessitátem quâmdam ómnibus étiam Diis dominantem, quam mutare nefas esset. Undè Homérus inducit Thetim, et Jovem defléntes futúram Achillis mortem, quam, quia in Fatis exárata erat, avértere nequibant. Fabulántur étiam Poétæ leges hujúsce fatális necessitátis descriptas esse tábulis æneis, quas Dii nosse quidem póterant, non autem emendare. Hæc ómnia prorsus falsa sunt, et fabulosa; ideóque méritò SS. Ecclésiæ Patres istud Gentílium Fatum rejiciunt, et abominántur. Vid. D. Thom., 1 p., q. 116, art. 1.

145. Fatum autem ad legitimum sensum revocátum ac christiáno sensu accéptum nullus úmquam póterit denegá-

re, nam per Fatum hęc sensu acceptum intelligitur eventuum præordinatio ab aliqua causa superiori certò præscita. Quis autem hanc superiorem causam certò præsciētem eventus, poterit umquam inficias ire? Nonne Deus, cujus sapiētiæ non est nūmerus, et cujus providētiæ omnia reguntur, et gubernantur, omnia certò præscivit, et præordinavit, quin vel nè minimum quidem lædat libertatem hōminis, quem *constituit, et reliquit in manu consilii sui?* Undè D. Thomas, 1 p., q. 116, art. 1, aiēbat: «Sic igitur in quāntum omnia, quæ hic aguntur, diviņæ Providētiæ subduntur, «tāmquam per eam præordinata, et quæ si prælocuta, Fatum pōnere pōssumus; licet hęc nōmine Sancti Doctōres uti recusaverint propter eos, qui ad vim positionis sīderum hoc nomen detorquebant. Undè Augustīnus dicit in 5 de Civit. Dei, cap. 1: Si propterea quidam res humanas Fato tribuit, quia ipsam Dei voluntatem, vel potestatem, «Fati nōmine appellat; sentēntiam tēneat et linguam corrīgat.»

146. Fatalistæ autem, quos aggrēdimur impugnare, non sunt hi, qui Fatum hęc legītimò, ac christiānò sensu admittunt; sed illi Fatalistæ, qui more Gentīlium ita Fatum admittunt, ut cæcam necessitatem rebus etiā humanis impōnant, libertatem arbitrii è medio tollēntes, ut ipse Spinōza, *Ethic., part. 2, proposit. 48*, profitetur inquis: «In mente nostra nulla est absolūta, sive libera volūntas: sed mens ad hoc vel illud volēndum determinatur à causa, quæ etiā ab alia determinata est, et hæc iterum ab alia, et sic in infinitum.»

147. Verum, quis sanæ mentis ferre potest hæc deliramenta? Quis enumerare valet damna, quæ ex hujuscemodi Fata-

lismo in Religiōnem, ac societatem promanant? Primò impetu de medio Religio tollitur; quam luctuosissimam consecutiōnem placet expōnere verbis vel ipsius Helvétii, qui ex his est, qui Necessitatis dogma incūcant, ac *lib. De l'Esprit., Disc. 2, Chap. 24*, ait: «Thraces inter suæ religiōnis artículos credunt Necessitatis dogma; principium, quod cujusque Religiōnis fundamēta «diruit.» Insuper hæc Necessitate per Fatalismum inducta, jaceret orbata virtus; non vituperiò, nec pœnâ, vitium foret mulcandū: nemo enim ampliùs præmiis, laudibusque affici debēret, si enim virtutem cōleret ex ineluctabili necessitate cōleret: nec scelēstus quisque debēret puniri, qui leges, juraque omnia et quidquid sancti usquam est, violat, cū non posset aliter agere. Dum fatali necessitati subicitur homo, hęc ipsò à quovis officio eximitur; nullâ lege, nullò præceptò, adeoque nullò peccandi periculò astringitur.

148. Addamus si placet: Quomodo aliquis poterit justè argui, rectèque puniri, cū homicidia, furta, rapinas, proditiōnes, aliæque cujusvis generis scēlera patravit, si hæc omnia necessitate, et insuperabili fatò tractus, et compulsus commiserit? Quam fidem amicus amici verbis habēbit; ipse vir qualiter de uxoris fidelitate securus erit, si tam ille, quàm ista ad frangendam fidem fatali compelluntur necessitate? Quam fiduciam Rex habere poterit in exercitibus à se erectis, ut quieti, ac tutelæ Patriæ invigilent, si milites fatali necessitate ad Patriæ proditiōnem, Regisque occisiōnem astringuntur?

149. Tandem, ut unò verbo plura comprehendamus, subjicimus, quòd si omnia ex fatali necessitate evenirent, cū quolibet convēnta, pãctaque inu-

filia essent, et ridicula; spes omnes in iis posita, essent inanes; supplicia, praemiaque cuilibet collata essent injusta. Quae cum ita sint, nonne actum jam erit, conclamatumque de Societate, quae suppliciis, ac praemiis et regitur, et conservatur? Natura ipsa infremit; et quicumque ejus motus intelligit, non potest quin perhorrescat recogitans se versari cum hominibus, qui tam perverse sentiunt. Quodnam ergo judicium Fatalistas manet? Vel ipse Spinosa cum suis asseclis permittit posse a Principe scelerosos homines armis comprimere; non quod (inquit ille) scelести poenam suorum criminum mereantur, cum ex fatali necessitate ea patrint; sed ut haec infecta membra a Societate amputentur. Juxta hanc sententiam igitur videtur jure dici posse, Fatalistas, cum suo systemate sint maxime Societati exitiales, ac toti humano generi perniciosi, ut ex dictis patet, magisque patebit ex dicendis, auferendos esse de medio ab iis, quibus incumbit bonum commune procurare.

150. Quantum a veritatis tramite devient Fatalistae, confirmant haec D. Thomae verba, *quest. 6, de Malo, art. unic.*: «Hae opinio tollit rationem meriti, et demeriti in humanis actibus. «Non enim videtur esse meritum, vel demeritum, quod aliquis sic ex necessitate agit, quod vitare non possit. «Est etiam annumeranda inter extraneas Philosophiae opiniones, quia non solum contrariatur Fidei, sed subvertit omnia principia Philosophiae moralis. Si enim non sit liberum aliquid in nobis, sed ex necessitate movemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, praecipitum, et poenitentia, et laus, et vituperium, circa quae moralis Philosophia consistit.»

151. Profecto, Fatalistae auferentes ab homine liberum arbitrium, ab ipso auferunt donum equidem valde pretiosum, quod Deus ei contulit, cum ipsum creavit. Audiatur Dante, *Parad.*, *Can. 4*, ita canens:

Lo maggior don, che Dio per sua larghezza
Fece creando, ed dalla sua bontate
Piu conformato, è quel che ci più apprezza;
Fu della volontà la libertate;
Di che le creature intelligenti
E tute, è sole furo, è son dotate.

Genus igitur humanum quot quantasque gratiarum actiones rependere tenetur Fatalistis ei denegantibus maximum, ac pretiosius donorum naturalium, libertatem nempe quam Deus ipsum exornavit, cum ipsum *ad imaginem, et similitudinem suam fecit*, Fatalistis est contra ipsum reddentibus ad imaginem, et similitudinem lignorum, ac lapidum, qui caeco, ac necessario impetu ad centrum arripiuntur!

152. Nec nobis objeiant Fatalistae, nonne catholici Dei admittunt providentiam certissimo sensu suos fines attingentem? nonne catholici etiam fatentur divinam praescientiam circa actus humanos, quae tamen praescientia nullò umquam rerum eventu potest, aut potuit falli? Ita quidem; nos utique catholici imprimis divinam agnoscimus providentiam certissimo cursu suos fines attingentem, tum quia haec apertissimè ex Sacris litteris constat; tum quia (ut de caeteris taceamus) robustissimis momentis ex D. Thoma, *lib. 3 cont. Gent.*, *cap. 75*, excerptis id ipsum ostenditur. Si enim Deus non omnium, et singularum rerum providentiam haberet, hoc esset, vel quia eas non cognosceret, vel quia non posset eas gubernare, vel quia nollet, vel quia res capaces non essent gubernationis,

Dici autem nequit, Deum non cognoscere omnes et singulas res, quas creavit, nam quomodo eas creasset nisi cognovisset, cum omnia operetur Deus per intellectum, et voluntatem? quomodo iterum esset omniscius, si aliquid eum umquam lateret? Nec dici potest, ipsum requirere omnium, ac singularum rerum curam gerere; est enim ejus potentia infinita. Similiter nec potest fingi, nolle Deum eas gubernare; nam ejus voluntas ad omne bonum se extendit, cum Deus sit ipsa bonitas: bonum autem eorum, quæ gubernantur, in ordine gubernationis maxime consistit, Deus igitur hoc bonum vult. Unde Ambrósius, *lib. 1 de offic.*, cap. 13, inquit: «Quis operatur negligat operis sui curam? «Quis deserat, et destituat, quod ipse condendum putavit? Si injuria est regere, non est major injuria fecisse? «Cum aliquid non fecisse nulla injustitia sit, non curare quod feceris, summa inclementia.» Postrimo, res creatæ incapaces non sunt gubernationis; reipsa enim ordinantur ad invicem, earumque plurimæ, etiam humanæ rationis industriæ, ut homines, et bruta, gubernantur. Hinc Auctor *carm. de Provid.*, inter Opera S. Prósperi cecinit:

Omne autem hanc molem Mundi qui condidit, ipse

Et regit, utque nihil non ortum sumpsit ab illo:

Sic nihil est, quod stare queat, Factore remoto.

Ex quo autem Dei Providentia certissimo cursu suos fines attingat, minime inferre licet, ut quidam blaterant, quod admissa hæc Dei providentiæ actum sit de nostra libertate, eò quia divinæ providentiæ decreta, quæ certissimo cursu suos fines attingunt, nequeunt frustrari.

153. Certum est enim, Deum suam providentiæ, neque à nobis libertatem, neque à rebus contingéntibus suam excludere contingéntiam. Nam insistendo doctrinæ D. Thomæ, *lib. 3 cont. Gent.*, cap. 72, 73 et 94, cum divinæ providentiæ non solum subdantur effectus, sed etiam causæ, et modi essendi; non sequitur quod si omnia Dei providentiæ aguntur, nullam esse in nobis libertatem; sic enim sunt opera nostra à Deo provisæ, ut et ab ipso provisum sit, quod à nobis liberè fiant. Id idem dicendum de effectibus contingéntibus, Deus enim ita de rebus providit, ut quædam necessariò, quædam contingénter evenirent. Nam juxta ejusdem S. Thomæ doctrinam, 1.^a p., q. 22, art. 4, ad providentiæ pertinet ordinare res in finem. Post bonitatem autem divinam, quæ est finis à rebus separatus, principale bonum in ipsis rebus existens est perfectio Universi: quæ quidem non esset, si non omnes gradus essendi invenirentur in rebus. Unde ad divinam providentiæ pertinet, omnes gradus entium producere. Et ideo quibusdam effectibus præparavit causas necessarias, ut necessariò evenirent; quibusdam verò causas contingéntes, ut evenirent contingénter; prout et quibusdam causas liberas, ut liberè fierent. Effectus equidem divinæ providentiæ non solum est aliquid quocúmque modo evenire, sed etiam aliquid evenire vel necessariò, vel liberè, vel contingénter. Et ideo infallibiliter, et necessariò evenit illud, quod divina providentiæ dispõnit evenire infallibiliter, et necessariò: et evenit contingénter, vel liberè, quod divinæ providentiæ ratio habet, ut liberè, vel contingénter eveniat.

154. Hanc doctrinam esse ab omnibus admittendam, evincunt hæc ejus-

dem S. Doctóris verba; 1 p., q. 19, art. 8: «Cùm áliqua cáusa éfficax fuerit ad agéndum, efféctus conséquitur «cáusam non tantùm secúndum id, quod «fit, sed étiam secúndum modum fiéndi, vel esséndi. Ex debilitáte enim «virtútis activæ in sémine, contingit «quòd filius nascitur dissímilis Patri in «accidéntibus (*puta, statúrâ, pulchritúdine, róbre, etc.*) quæ pértinent «ad modum esséndi. Cùm igitur volúntas divina sit éfficacíssima, non solum «séquitur, quòd fiant ea, quæ Deus vult «fferi, sed et quòd eò modò fiant, quò «Deus ea fieri vult. Vult ántem quædam Deus necessariò fieri, quædam «contingénter, ut sit ordo in rebus ad «complémentum Univérsi. Et ideò quibusdam efféctibus aptávit cáusas necessárias, quæ deficere non possunt, «ex quibus efféctus de necessitáte proveniunt; quibusdam efféctibus aptávit «cáusas contingéntes defectibiles, ex «quibus efféctus contingénter proveniunt. Non igitur proptérea efféctus «vóliti à Deo evéniunt contingénter, «quia cáusæ próximæ sunt contingéntes; sed proptérea quia Deus vóluit eos «contingénter eveníre, contingéntes «cáusas ad eos præparávit.»

155. Ex his evidénter líquet, Fatalísmum, quem impugnámus, totò cælo différre à Dei providéntia, quam admittimus. Fatalísmum enim cæcam necessitátem ómnibus rebus, ipsís áctibús humanís non excéptis, impónit: Providéntia verò Dei é contráriò; quarúmdam rerum contingéntiam, ac humanórum áctuum libertátem sartam tectam custódit, *Deus enim, ut légitur Eccl., cap. 15, ab inílio constitúit hóminem, et reliquit illum in manu consilii sui.* Adjécit mandáta, quæ si homo volúerit (nota verbum índicans hóminem non es-

se determinátum ad unum) volúerit serváre Dóminò promitténte conservábunt eum. Ex Dei providéntia, ante hóminem ita constitútæ sunt vita et mors, bonum et malum, et quod placúerit ei, dábitur illi: appósuit ei divina Providéntia áquam, et ignem, ita ut, ad quod ipse homo volúerit, pórrigat manum suam, ut in præcitáto Eccl. cap. edocémur, Dei igitur providéntia non áufer, sed infert, et sartam tectam custódit hóminis libertátem.

156. Neque hæc enerváre póssunt Fatalístæ objiciéntes, volúntáti Dei nihil resistere; undè vidétur, volúntátem Dei ómnibus rebus, étiam áctibus humanís, impónere necessitátem. Ex ore ipsórum ipsos redargúimus, dicéntes: ex hoc ipso quòd nihil volúntáti divinæ resistat, séquitur quòd non solum fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed étiam quòd fiant vel necessáriò, vel contingénter, vel liberè ea, quæ sic vult fieri.

157. Neque ipsa Dei præsciéntia, úti que infallibilis, et infínita, ad ómnia, étiam ántequam fiant, se exténdens, nè mínimùm quidem humanæ ófficit libertáti, Deus enim nedùm præscit quæ futúra sunt, sed et præscit modum, quò futúra sunt. Quæmádmódum igitur Deus vult, quædam fieri necessariò, ab ætérno præscit necessariò eventúra; ita quemádmódum vult quædam fieri vel contingénter, vel liberè, infallibiliter præscit ab ætérno ea liberè eventúra, vel contingénter. Libertas se tenet ex parte hóminis operántis; infallibilitas ántem ex parte Dei præsciéntis: quem ántem præterit, intellectum ex quo áliquod objéctum cognóscit, nè mínimùm quidem ejus natúrám immutáre? Deus, igitur, quantúmvis ab ætérno, et quidem infallibiliter, præsciat quid homo factúrus sit in témpore, nec tollit, nec

mínuit libertátem, quæ natúræ cómpetit rationáli.

158. Ex hucúsque dictis suá sponte fluit, aut eliminándum Fatalismum, aut divínam denegándam Providéntiam. Hanc autem denegáre, potest ne cum recta ratióne compóni? Relegántur, quæ exposuimus, et audiátur Theodorétus, *Serm. 2 de Provid.*, aiens: «Qui providéntiæ habénis fidem dare nolunt, «Mundum hunc, qui cælò, et terrá «constat, sinè auríga gubernatóre tantá «cùm consonántiâ, et órđine ferri, ni- «miùm imprudénter sibi persuaserunt; «períndè mihi fácere vidéntur, ac si quis «in navi sedens, pontúmque trajiciens, «gubernatórem quidem clavum tenére, «et gubernácula, prout opus est, movére «videat... Interim tamen manifestè mendax veritátem oppugnáre stúdens, gubernatórem puppi insístere neget, tum ipsam navim nec remis instrúctam esse, nec clavi motum dirigi, sed sua sponte ferri, et per se fluctuum procéllas superáre, cumque ventórum incursiónibus decertáre dicat... Hi enim cùm palám, et luce clárius, ómnium rerum Dóminum, Mundum, quem cóndidit, gubernáre, et ómnia convenienter, et justó órđine dedúcere, et moveré videant, simúlque in ómnibus, quæ fiunt, convenientem proportiónem, ac tum in tota Mundi machina pulchritúdinem, usumque cómmodum; tum in singulis hujus pártibus útraque hæc evidénter apparére cernant, voléntes tamen cæcútiunt, imó vidéntibus óculis impudéntiam suam produunt. «Et cùm Providéntiæ múnera quotidie percipiunt; illa ipsa tamen, quæ percipiunt, convitiis lácerant, etc.»

159. Profécetò, quis non videt absurdá, et quidem quàm máxima, in quæ incidunt, qui Dei denegántes providén-

tiam, ómnia ex fatáli necessitáte evenire in hoc Mundo mentiúntur? Hóc fatalistárum admíssò systémate, primò omnis Religio evértitur, ut enim Lactántius, *lib. de ira Dei, cap. 8*, scripsit, «si Deus «nihil úmquam boni tribuit, si coléntis obséquio nullam grátiam refert; «quid tam vanum, tam stúltum, quàm «templa ædificáre, sacrificia fácere, dona conférre, rem familiárem minúere?» (ad divínam misericórdiam scilicèt implorándam): Secúndò, Fatalismò admíssò, ac Dei providéntiâ denegátâ, leges, ac ipsa humana Societas evértuntur, leges enim ad hoc condúntur, ut hómines vel detérreant à malo operándo, vel ad hoc, ut bonum prosequántur. Si autem hómines fatáli necessitáte vel probi sunt, vel improbi, quómòdo póterunt per leges vel à malo deterréri, vel ad bonum prosequéndum incitári? Quid dicéndum foret de Legislatóre, qui leges præscriberet Astris, ut cursum quem tenent, consérvent, cùm ad eum tenéndum sint necessariò determinátâ? Quid dicéndum de ipso, si, ad hoc quòd hómines non læderéntur, legem impóneret igni né úreret, cum ignis ab uréndo temperáre non váleat? Hæc, aliaque hujúsce generis sexcénta ad óculum osténdunt, fatáli necessitáte admíssâ, nullas posse dari leges, quæ hómines vel à vítio coérceant, vel promóveant ad virtútem. Omni autem lege sublátâ, quæ hostes Societátis comprimere possit, ac fugáre, quæ sors humana Societátis, nisi quæ obtingit gregi, quem absque pastóre lupi rapáces invádunt, trucidántque? Fatalismò igitur admíssò, actum esset de humana Societáte. Juxta expósita igitur sub quocúmque aspéctu considerétur Fatalismus, quem impugnándum suscépimus, est dúbio procul eliminándus.

CAPUT IX.

DE MATERIALISMO.

160. Materialistæ , quos impugnare aggredimur , appellântur illi , qui imaginatióem transcendere non valentes , nè dicâmus , nolentes , ut liberius suis indulgeant passiónibus , nihil nisi matériam existere conténdunt , adeoque omnem ideam veri spirítus abominântur ; ac à se procul rejiciunt . Indè animam nostram , matérialem esse pro aris , et focis sústinent , ita ut simul cum corpore in morte hóminis intéreat , et dissolvátur ; impios imitantes qui , ut légitur *lib. Sapientiae , c. 2 , v. 1 , et seqq.* : « Dixérunt « cogitantes apud se non recte quia « ex nihilo nati sumus , et post hoc érimus « tamquam non fuérimus : quóniam « fumus flatus est in náribus nostris : et « sermo scintilla ad commovéndum cor « nostrum : quâ extinctâ , cinis erit corpus « nostrum , et spirítus diffundétur « tamquam mollis aér , et transibit vita « nostra tamquam vestígium nubis , et « sicut nébula dissolvétur quæ fugata est « à rádiis Solis , et à calore illius aggraváta Coronémus nos rosis , ántequam « marcéscant : nullum pratum sit , quod « non pertránseat luxúria nostra . Nemo « nostrúm exors sit luxúriæ nostræ : ubi-

« que relinquámus signa lætitiæ : quóniam « hæc est pars nostra , et hæc est sors , « etc. » Ex hoc colligunt , álteram vitam à Religióné edóctam , esse prorsus commentítiam . At , quodnam monstrum , et porténtum non est hoc , inquit doctíssimus Cardinális Poliníacus , (*lib. 5 Anti-Lucret.*) , esse hómines , qui in eo sumópere labórent , ut sibi persuádeant , se totos esse putrédinem , se totos in cinerem solvéndos ?

Tantus amor nihili ? Tanta est vecórdia ?
Solúm hoc
Permétunt cæci , nè mens compáge solútá
Duret adhuc nímiùm vivax , bustoque superstes
Évolet.

161. Materialistas non pudet assérere , immaterialitatem animárum rationalium esse purum , putidúmque Theologórum commentum , juxta hæc Mirabaud verba : « Fatéri necesse est hoc *systema (de nostrárum animárum immaterialitate)* effectum esse profundissimæ Politicæ Theologórum , cupidissimæque pecuniárum . Oportébat imaginári médium , quò hóminis pórtio à « dissolutiône arcerétur , ut redderétur

«susceptibilis præmiórum, et supplició-
rum. Vidétur indè hoc dogma fuisse
«Sacerdótibus máximè útile ad timórem
«incutiéndum, ad subeúndum aliórum
«gubérnium, ad spoliándum ignáros,
«atque ad implicándas ideas hóminum
«spectabiliórum, qui æquè sunt incapá-
«ces comprehendéndi quod in eis de
«ánima, Divinitatéque dicitur. Intérea
«Sacerdótes ipsi firmiter ádserunt, áni-
«mam immatérialem subjiciéndam esse
«combustióni, aut actióni ignis materiá-
«lis in inférno, aut in purgatório; iis-
«que dicéntibus adhibétur fides!»

162. Commentándò hæc Mirabaud
verba, patet, vel ipso vade, ad arcén-
dam è Societáte morum dissolutiónem
aptum esse médium, ánimæ agnóscere
immaterialitátem, quâ hóminis pórtio
reddátur præmiórum, aut suppliciórum
capax, ac susceptibilis, post córporis
mortem. In hac parte cum ipso concór-
des sumus. Et sanè, quot erunt, qui
præsértim in tanta corruptióne natúræ,
quæ genus humánum infécit, quot, in-
quimus, erunt, qui crímina cáveant, si
nulla post mortem præmia speránda, aut
supplicia pertimescénda superéssent?
Si qui hæc timent, aut illa sperant, tam
sæpè móribus sunt péssimis, quid erit
de illis, qui nullá spe, nullóve timóre
ducúntur? Ex his inférimus, Materialís-
tas conáns è córdibus hóminum aver-
runcáre tum præmiórum spem, tum
suppliciórum metum, eò collimáre, ut
morum dissolutiónem indúcant, fóveant,
promoveántque. Cùm áutem spes præ-
miórum, ac suppliciórum metus pénitís
evanéscant, admissá ánimæ humánæ ma-
terialitáte, tunc enim ipsa periret uná
cum córpore; Materialístæ dogmatizántes
ánimam humánam esse matérialem, vi-
tándi sunt, ac eliminándi, ut veri cor-
ruptóres morum, indéque, ut veri pacis

ac tranquillitátis Reipúblicæ inimici:
quod enim rémovet hómines à delictis,
nonne confert ad públicam utilitátem,
atque ad felicem Reipúblicæ státum?
Hic équidem, ut ab improbis lædítur, ita
à probis fovétur.

163. Sed quid? Altérius vitæ præ-
mia, ac supplicia, quibus ánima humá-
na afficiátur post mortem córporis, quæ-
que idèd evíncunt, ánimam humánam
non perire simul cum córpore, sed ipsi
supérstitem esse, adeóque immortálem,
ac immatérialem; sunt nè Theologórum,
ac Sacerdótum comméntum ut præ se
ferunt præcitáta Mirabaud verba, quibus
utróque pólice passim subscribunt Ma-
terialístæ? Ápage nugas. Luc. enim, *cap.*
16, v. 16, légitur: «Qui crediderit,
«et baptizátus fúerit, salvus erit: qui
«verò non crediderit, condemnábitur:»
Matth., cap. 19, v. 17: «Si áutem vis
«ad vitam ingredi, serva mandáta;» et
cap. 16, v. 26: «Quid prodest hómini,
«si mundum univérsum lucrétur, ánimæ
«verò suæ detriméntum patiátur?»
Epist. 2.^a ad Timoth., cap. 4, v. 8:
«Repósita est mihi coróna justítiæ, quam
«reddet mihi Dóminus in illa die justus
«judex; non solùm áutem mihi, sed et
«iis, qui diligunt advéntum ejus:» *Matth.*
áutem, cap. 12, v. 32: «Qui áutem di-
«xerit (verbum) contra Spíritum sanctum,
«non remittétur ei, neque in hoc sæcu-
«lo, neque in futúro.» Et ut de cæteris
taceámus; *Matth., cap. 25, v. 32, et*
seq., scríptum est: «Cum áutem vénerit
«Filius hóminis in majestáte sua, et om-
«nes ángeli ejus cum eo.... státuet oves
«quidem à dextris suis, hædos áutem à
«sinístris. Tunc dicet rex his, qui à dex-
«tris ejus erunt: Veníte, benedícti Patris
«mei, possidéte parátum vobís regnum
«à constitutióné mundi.... Tunc dicet
et his, qui à sinístris erunt: Discédite à

«me, maledicti, in ignem ætérnum, qui parátus est diabolo, et ángelis ejus.»

164. Hos aliósque símiles Scripturæ Sacræ textus legénti óbviám státim venit non esse ab homínibus invéntum, sed à Deo revelátum, ánimas nostras post hanc vitam manére vel præmia, vel supplicia ætérna, quæ idcirco evincunt, eas núnquam peritúras, adeóque immortáles esse, ac materialitátis, quæ corpora nostra afficit, omninò expértes. Vel nobis tacéntibus, patet igitur, valedicéndo Materialístas asseréntes, ánimas nostras, non secùs ac nostra corpora, corruptibiles esse, ac materiáles; núnquamque præmia, aut supplicia eas post hanc vitam manére.

165. Quid igitur; acquiescéndum est Mirabaud ánimis hóminum ingérene conánti, ut præ se ferunt sua præcitáta verba, Sacerdótes dógmata immaterialitátis animárum rationálium, ac præmiórum, aut suppliciórum, quæ ipsas manent post hanc vitam, ideò studuisse introducere, ut in aliórum régimen irréperent, eosque suis fortúnæ bonis spoliárent? Absit. Qui alicújus Superióri legem promúlgat, ad id indúcit ad quod lex est institúta. Deus áutem immaterialitátem animárum nostrárum, ac præmia, aut supplicia, quæ ipsas manent post hanc vitam, revélans, nonne inténdit hómines à vitiis revocáre, ac virtuosos réddere? Sacerdótes igitur has Dómini leges promulgántes, etsi nolent, calcária tamen adhibérent homínibus, ut vitiósi esse desinerent, ac justí redderéntur, et sancti.

166. Indé unicuique suá sponte occurrere potest, quod Materialístæ, improbíque philósophi dógmata immaterialitátis animárum, præmiórumque, ac suppliciórum, quæ ipsas manent post hanc vitam, conántur impétere, ut quo-

cúmque exclusò timóre poenárum, speque præmiórum vitæ futuræ, hómines in omne scélerum genus sese præcípites agant, et in ipsas, si quádo possint, suprémás irruant Potestátes, atque Anarchíam constituent. Ecclesiástici áutem non modò pópulos à criminibus docent abhorrére metu gehénnæ, speque futurórum bonórum, eisque per hæc média, virtútum stúdiúm pro víribus incúlcant; sed étiam ex Scripturárum oráculis débitam docent suprémis Potestátibus, Præpositisque, étiam díscolis, obediéntiam, veneratiónem, et amórem, ac Religiónem, quæ est Reipublicæ fulcrum, ómnibus ánimi víribus, conatibusque prómovent. Hæc ádeo vera sunt, ut hac de cáusa impij hómines in Sacerdótes potíssimùm debacchéntur, eosque conviciis ónerent, ut íisdem, si fieri possit, è médio sublátis, alta vitiórum collúvie, irreligiónequæ propagátá, in Rempublicam, et in suprémás ipsas Potestátes sævíre váleant, sicque tandem aliquándó univérsam Societátem Anarchiæ perturbatióibus, ac tumultibus implicáre. En quám diabólica sit impiórum Política, quæ in eórum libris non semel offénditur.

167. Cæterum, neque fidéles Theológis ignem inférni, ac purgatórii edocéntibus, eórum credunt auctoritáti, ut suppónere vidétur Mirabaud in suis præcitátis verbis; sed credunt auctoritáti Dei id revelántis; neque úmquam Theólogo docuérunt, ánimas fore igne consuméndas, sed docuérunt, ac docent, fore eò igne, *miris, sed veris modis*, ut inquit Augustínus, cruciándas; igne illò in ánimas operánte, non própria virtúte, sed virtúte Dei, cujus justitiæ ille ignis est instruméntum.

168. Ut áutem Materialístas arguméntis philósophicis obruámus, ánimæ

humánæ immaterialitatem aggrédimur ex suis naturalibus operatióibus demonstráre, cum operatiónes, quæ sunt rebus naturáles, certum, ac infallibile critérium sint demónstrans, cujus categoriæ sit cuiuslibet rei natura: sic calefactio, quæ est naturalis operatio ignis; humedefactio, quæ est naturalis operatio aquæ; productio ficus, quæ est naturalis operatio arboris ficus denominatæ; etc., etc., manifestant non unam, sed diversam esse harum rerum naturam. Sic igitur, si operatiónes, quæ sunt animæ humanæ naturáles, possunt materiæ aptári, manus victas dábimus Materialistis contendéntibus, animam nostram esse materiálem; sin verò è contrá, illæ materiæ aptári nequæunt, Materialistæ velint, nolint, cogéntur fatéri, animam nostram revérà non esse materiálem. Ad rem igitur.

169. Intelléctio, seu percéptio et naturalis animæ nostræ operatio: quis enim vel in seipso non experitur, quòd percipit, quòd iudicat, quòd discúrrit; unò verbò, quòd intélligit? Est igitur in nobis aliquod principium harum operatiónum. Hoc autem principium potestne esse materiále? Absit. Exténsio enim, divisibilitas, soliditas, inértia, figurabilitas, ac motus, nonne sunt propriétates materiæ, quæ nobis innotescunt? His autem propriétatibus, materiæ inhæréntibus, ipsa capax est intellectiúnis? Minimè quidem; singulæ enim earum eam reddunt adeò præcèlèntis operatiúnis incapácem.

170. Intelléctio équidem pugnat in primis cum exténsiúnne; siquidem si cum illa non pugnáret, substántia cogitans intelligeret per contactum, exténsa namque, ut experiéntiá patet, ágere non valent, nisi aliquid tangéndò. Vel igitur substántia intélligens secúndum se to-

tam, rem intelléctam tángeret, vel ipsam tángeret tantum secúndum aliquam sui partem. Secúndum se totam tángere proféctò nequit, quia contactus inter corporália non fit nisi secúndum extrémás superfícies, quæ útique non sunt totum, quòd est in corpore. Si autem tantum tángeret secúndum partem, hæc pars, ut patet, non esset capax tangéndi totum, cum totum partem excédát. Igitur, si substántia intélligens esset exténsa, totum non posset cognóscere. Cognóscimus autem totum, aliás nequirémus cognóscere, ac méritò affirmáre, *totum esse majus parte*. Constat igitur, substántiam intelligéntem esse non posse exténsam.

171. Intelléctio páriter pugnat cum divisibilitáte. Si enim substántia intélligens esset divisibilis, jam constáret pártibus, divisibile enim illud dicitur, quòd dividi potest. Vel ergo, substántia intélligens intelligeret secúndum omnes suas partes, et sic simul et semel tot numerándæ essent intellectuúnnes, quot partes; núnquam vero una dumtáxat esset ali-cújus objécti percéptio; cujus tamen contrárium experimur, unus enim triánguli, e. c., non plures simul, et semel habéntur cognitiúnnes, sed una dumtáxat. Si autem dicátur, quòd substántia divisibilis intelligeret, non secúndum omnes suas partes, sed secúndum unam tantum, quæ esset in aliás partes indivisibilis, ipsi Adversárii cogeréntur fatéri, substántiam intelligéntem debére esse indivisibilem. Intelléctio igitur pugnat cum divisibilitáte.

172. Pugnat páriter cum soliditáte, sive impenetrabilitáte corporum. Nihil enim próhibet, substántiam intelligéntem posse comprehéndere corpus. Tunc verò; si substántia intélligens esset materiális, seu corpus, duo corpóra natu-

ráliter sese compenetrarent, cùm enim áliquid comprehenditur, totum cognoscitur; corpus igitur, si subjéctum matériale supponitur comprehendere, totum esset intra subjéctum ipsum comprehendens; quod subjéctum eùm étiam supponátur matériale, seu corpus, patet, quòd hæc duo córpora, intélligens nempe, ac intelléctum, sese penetrarent. Duo autem córpora nequæunt naturaliter compenetrári, ut experiéntia constat; patet igitur substántiam intelléctem esse matérialem, eùm córporum soliditate, seu impenetrabilitate pugnare.

173. Pugnát pariter cum matériæ inértia. Siquidem ratióne inértiæ matéria movéri non potest, nisi mota, ut notum est apud omnes Physicos. Constat autem substántiam intelléctem se ipsam movére, et quidem liberè, cum sese liberè applicet ad intelléctendum, quod sibi placuerit, et majóre, vel minóre intensitate, et pro majóre vel minóre témporis duratióne, prout fuerit ipsi placitum; quorum néutrum compátitur matéria ob suam inértiam. Pugnát igitur cum inértia matériæ, quòd substántia intelléctens sit matériális.

174. Insuper pugnát cum figurabilitate. Quod enim est figurá præditum, términum habet; nam figurá est, quæ términò, vel términis comprehenditur: sic triángulum e. g. tribus líneis continétur. Quod autem términum habet, habet quoque poténtiam finítam, finítam enim est, quòd términò cláuditur. Poténtia autem intellectíva, est quodámodo infínita; póssumus enim per intelléctum concípere spécies numerórum, figurárum, et proportiónum, quin úmquam possit assignári áliqua última, ultra quam áliam nequæamus intelléctere. Percípimus étiam universália, quæ virtute sunt infínita secúndum suum ám-

bitum, sub universáli enim continétur individua, quæ possunt esse infínita; sicut sub hoc universáli *Homo*, continétur omnes hómines, nedùm qui sunt, aut fuérunt, sed et qui esse possunt, quórum númerus non est determinátus. Poténtiæ igitur intellectívæ nequit assignári términus, ultra quem áliud nequæat intelléctere. Cum itaque quódlibet figurá præditum suis claudatur términis, patet, quòd intelléctus, seu ánima intellectíva, figuráta esse non valet. Intelléctio igitur pugnat cum matériæ figurabilitate.

175. Dénique, pugnat cum motu corporáli. Nam, áliis ratióne omíssis, motus corporáles locò, et témpore mensurántur, necessariò enim áliquo témpore, et in áliquo loco debent fieri. Si igitur percéptio, seu intelléctio esset mótio corporális, ea tantum intellécti possent, quæ loco, ac témpori sunt alligáta. Hæc autem sunt singulária; universália enim ab omni loco, et témpore ábstrahunt, quovis enim locò, ac témpore verum est, fuit, et erit, quòd homo, e. g. est ánimál ratióne; quòd triángulum tres habet ángulos, duóbus, rectis æquivaléntes etc. Percéptio igitur, seu intelléctio, si esset mótio corporális, non se exténderet ad cognoscénda universália, sed sísteret in cognitióne singulárium, quæ locò, ac témpore alligántur. Percípimus autem universália, ut experimur, undè et comúnè prolóquium: *sensus est singulárium; intelléctus verò universálium*. Intelléctio igitur pugnat cum motu matériæ locáli.

176. Itaque, si matéria percípere posset, esset simul, et non esset, exténsa, divisibilis, sólida, iners, figuráta, et mota motiõe corporáli. Esset quidem, quia hæc sunt attribúta maté-

riæ: non esset, quia hæc attribûta, pugnant cum perceptiõne, juxta quæ hucusque exposuimus. Fieri itaque non potest, quòd matéria sit intelligendi capax. Quocirca, ánima humana, quæ intelligit, non est, nec esse potest matéria.

177. Hæc compléxus est D. Thomas, *lib. 2 cont. Gent., cap. 49*, inquiens: «Nullum corpus invenitur áliquod continere, nisi per commensuratiõnem quantitatis; undè et si se totò totum áliquod contémet, et partem parte contémet, majorem quidem, majore; minorem autem minore. Intelléctus autem non comprehendit rem áliquam intelléctam, per áliquam quantitatis commensuratiõnem, cum se totò intelligat, et comprehendat totum, et partem; majora in quantitate, et minora. Nulla igitur substantia intelligens est corpus.»

178. Hanc demonstratiõnem invictissimam ipse Bælius fatetur, in *Diet. art. Leusippe, lit. C*, confirmatque: tantique ponderis D. Thomas est in hac re apud Genuensem, ut hic, *lib. de scientiis metaphysicis, cap. 7, §. 3*, scripserit: «S. Thomas eum inter Metaphysicos meretur locum, quem inter Mathematicos Archimedes;» primum videlicet, ac summum. Quid verò, proposuimus nè simplicem D. Thomæ auctoritatem? De demonstratiõne ágitur. Ad eam respondeant Materialistæ, si valent. Sed tales ii sunt, ut furari quidem sciant à veteribus impiis arguménta tam sæpè in pulverem redacta; ad demonstratiõnes verò, quæ contra ipsos fiunt, nesciunt respondere, et élabi posse credunt contuméliis cathólicis afficiendò.

179. Ast verò, si Materialistæ ad demonstratiõnes attendere nolunt, at-

tendant saltem ad sensum íntimum, quem, etsi velint, denegare non valent. Sinè acerbitate, sed sincere, et bonâ fide experiámur, num possimus nobis metipsis persuadere, *matériam posse cogitare*. Neque opus est evagari longius, ut hæc fiat inquisitio. Nosmetipsos excutiámus. Quis in seipso non sentit? Ego cõgito, meamque cogitatiõnem considero; compõno plures notiõnes, eas séparo, eas conjungo, fúlgure citius è cælo ad terras migro, et plúrimas remotissimas res animò persólvo. Harum rerum naturam, proprietates, relationesque perpèndo. Métiõr motus, spátia, ac témpora. Res inter se, sive símiles, sive diversas, ad ínvicem cõfero. Ex apértis, clarisque ad occulta, et laténtia ratiocinanda gradum fácio. Neque ímmoror his tantum rebus, quæ sénsibus subjéctæ sunt, sed étiam illas persólvo, quæ longè sénsus meos exsúperant. Novi, et sermócinor de Ente in universáli, de Órdine, de Virtútibus, de Sciéntiis, de Veritate, de Ratiõne, de Deo. Axiómata constituo, ad trútina revoco ratiocinia, problémata solvo, ad generália principia mea ratiocinia redúco. Harum, et his símilium operatiõnum, quæ cogitatiõnes dicuntur, consciéntiam hábeo, hoc est, sensum íntimum, et máximè vívidum, per quem ea novi: novi étiam me, qui cõgito, paritérque novi has operatiõnes esse non posse fructum stúpidæ, inertisque carnis, sed altiõris principii, quod jam olim Plato, aliique Véteres, appellábant substantiam se movéntem, præditam ágendi vi et efficacitate, ac eâ virtute, cujus nè vestígium quidem licet in matéria reperire. Ut nullus in hac parte relinquátur dubitandi locus, ad matériam memet convérto; ejus analysim acuratè instítuo, neque in ea quid-

quam aliud, quam extensionem, soliditatem, figuram, divisibilitatem, quietem, aut motum reperio. In plurimas tenuissimas partes eam seco. His omnes, quas quidem possim, configurationes tribuo; has omnibus directionibus, omnibusque motus gradibus impello; at nihil umquam in his internosco, quod vel tantillum simile sit ei, quod clarè cognosco, cum dico cogitare; imò natura ipsa ab adscribendo illis hoc attributum me retrahit: volentemque assérere, pulverem tenuissimum, ferventem sanguinem, posse eas cogitationes, et ratio-cinia elicere, major me vis absterret, quam si dicerem, circulum esse quadratum: audientemque, cogitationem esse duram, aut mollem, triangularem, aut pentagonam, hæc monstròsa conjunctio magis me commovet, quam aut hircus-cercus, aut chimera. Ut breviter dicamus, quilibet intimò sensu cogitationem noscit, clarè pariter noscit extensionem; ac clarè conferens unam cum alia, talem esse inter eas discrepantiam, distantiamque videt, ut licet summòpere enitatur, nè fingere quidem valeat eas inter se posse conjungi.

180. Ob oculos hoc idem argumentum doctissimus P. Lámyus de notiónibus spirituálibus pertractans (*Tract. 2, p. 1, reflex. 6,*) versat inquires: «Quodnam ergo harum operatiónum «spirituálium principium est? Erit nè «corpus, an ánima corpórea? Potest nè «umquam concipi, corpus, hoc est, «massam carnis divisam, configuratam- «que, hoc, illòve modò ediscere posse «spirítales notiónes, percipere justitiam, sapiéntiam, veritatem, percipere, et cognoscere seipsam? Quis serió credere potest, ventum, vapórem, «spirituum animalium fumum, qui diffunditur per meam carnem, qui per

«mea cómmeat órgana posse judicare, «hoc est, percipere ratiónes, quæ inter «res sunt. An ille ebulliens, discurrens- «que per caput meum, in cáusa est, «cur spiritus colligant inter se demons- «tratiónes, admirábilem illum illatió- «num connexum, qui interdum unò in- «tuitu concipitur? Est nè tandem veri- «símile, hanc organórum corporeórum, «animaliumque spirituum complexiónem «considerare, discutere, prævidere, «perpendere, velle, desiderare, bonum «eligere posse? Ens hoc luteum aptum «esse ad solvendum quæstiónes, et proble- «mata? Atque si res ita se habet, «cur in solvendis quæstióibus, quæ «sint aliquántò abstractiões, difficulti- «resque, obstruuntur, quantum per nos «licet, órgana sensuum, materiã nos- «met expedimus, ejus motus impedi- «mus, effecimusque, ut per eos nullum «ipse in nobis excitet impulsus ex ea «parte, quæ ad quæstiónum enodatió- «nem incumbit? Nonne ex hoc evidén- «ter colligimus, eam partem corpóream «non esse?» Huc usque eruditissimus P. Lámyus.

181. Eadem veritas præterea perspicuè deducitur ab *appetitu*, hoc est, ab affectiõibus nostræ voluntátis, et ab illis præcipuè, quæ res rebus hisce corpóreis superiões respiciunt. Hujusmodi est amor justitiæ, perfectiõnis, veritátis, et quæ ex hoc amore derivantur, gáudium, tranquillitas, pax, quæ omnem sensum exsuperare, nemo est, qui possit in dubium vérttere. Quid igitur? valébit tantam sibi adhibere vim, ut sibi persuádeat, massam carnis, nervis, fibrisque contextæ, posse se extollere ad amandam justitiam, veritatem, summumque Bonum? Liquórem cálidum, rubrumque, qui per venas excúrrit, sedem esse *gáudii, veritátis*, et experiri posse alios ju-

cúndos tranquillitátis, pacisque effectús?

Enimverò, modò alláti arguménti pondus gravíssimum sensit Lucretíus, ínclytus *Materialistárum Heros*, cùm enim vellet, se illò subducere, ita opprímitur, ut claríssimè osténdat, impietátem unicè se audère cògnitæ veritáti oppónere. Lucretíus enim de ánimæ humanæ natúra disserens, neque in Epicúreæ Philosophiæ penu quidquam repériens áliud, quàm átomos, ex quibus ómnia constituántur, docet, ánimam non esse quid simplex, sed tribus constáre natúris, hoc est, *aurá tenui, calidò vapóre, et aère*, cum hæ sint tenuíssimæ res, quas quidem invenire potúerit, ex quibus ánima, suo iudicio, posset constitúti. Fatétur tamen, has non sufficere ut ánima cògitet, ac intélligat, ut ipse expressè testátur, *lib. 3, v. 238.*

182. Ipse Voltærus quidem nímiæ ignorántiæ véteres Materialistas damnat, qui credébant ex sola matéria cogitátió-nem se posse extráhere; fatetúrque in suis physicis eleméntis, ubi rursùs hocce tractat arguméntum, *matériam et cogitátió-nem sibi mutuò adversári*. Quid igitur, inquiet fortásse quispiam, Poéta hic sapiéntior factus Lóchium deseruit, nobiscum sentit? Non ita quidem; est adhuc Materialista, sed nè inscitæ, ut Véteres, damnétur, eórum erróri álios áddidit erróres, quos ipsi nec audébant, nec sciébant effutire. Audjámus ipsum Voltærum, *let. 13*, dicéntem: «Deus est omnípotens; negáre igitur, eum posse vim cogitánda dare matéria, est impium.»

183. Nos áutem respondémus, assérere, Deum posse dare matériæ vim cogitánda, est améntiæ. Esséntiæ enim rerum non sunt objéctum divínæ omnipoténtiæ, sed existéntia tantum rerum est ejus objéctum. Potest útique Deus efficere, ut triángulum existat, aut

non existat; at efficere nequit, ut triángulum sit rotúndum. Quid ita? Quia hoc implicat contradicó-nem, in hoc casu enim, triángulum esset, et non esset triángulum; impossibile est, áutem, idem simul esse, et non esse idem. Inter matériam áutem et cogitátió-nem, ipsò Voltæro, faténte est *contradictio*. Non potest igitur efficere Deus, (seu méliùs, absolutè nequit éffici) ut matéria cògitet. Ut contradictio tollerétur, permutánda essent natúra, efficiéndò scilicèt, quòd matéria non esset ámpliùs matéria, aut cogitatio non ámpliùs cogitátió. Hæc áutem hypóthesi datá, evanesceret omnis præsens quæstio.

184. Solvant Materialistæ, si valent, quæ ánimæ immaterialitátem probans Roussójus scripsit, (*Discours sur l'inegalité des hommes*) ínquiens: «Imperat «natúra cuique animáli, brutúmque paret. Vim impérii eámdem sentit homo; «ac ipse scit, se liberum esse à paréndo «vel resisténdo. In hoc áutem íntimo «hujus libertátis sensu spiritúalitas áni- «mæ præcipuè dignóscitur. Nam éxpli- «cat quidem Physica áliquò modò (mi- «nùs feliciter tamen) sénsuum mechanís- «mum, idearúmque fictiód-nem: at in fa- «cultáte voluntátis, seu pótiùs, electiód- «nis, et in sensu hujus poténtiæ non «repéries nisi actus spirituales, quorum «nullus per Mechanicæ leges explicári «potest.» Háctenus Roussójus.

185. Tandem, nè Materialistæ sibi blandiántur nos posse obrúere aliquórum Patrum senténtiis, quæ vidéntur specie tenús ánimæ corporeitáti favére, pro nobis eis respóndit Augustínus, *epist. 166*, ínquiens: «Si corpus est, (id est, intelli- «gitur) omnis substántia vel esséntia... «corpus est ánima, (ánima enim quæ- «dam substántia est, et esséntiam ha- «bet). Item, si eam solam incorpóream

«placet appellare naturam, quæ summè
«incommutabilis, et ubique tota est (ut
«Deus), corpus est anima, quoniam ta-
«le aliquid, (incommutabilis, nempe, et
«esse tota ubique) ipsa non est, (ipsa
«enim non est Deus.) Porro, si corpus
«non est, nisi quod per loci spatium ali-
«quâ longitudine, latitudine, altitudine,
«ita sistitur, vel movetur, ut majore sui
«parte majorem locum occupet, et bre-
«vioris brevioris, minusque sit in par-
«te, quam in toto, (id quod propriè nó-
«mine corporis communiter intelligitur)
«non est corpus anima.»

186. Aliam, ut concludamus, ani-
madversionem, quæ ex sensationum
theoriâ dimanat, et facilè, clarèque ad-
modum humanæ animæ unitatem, et in-
dividuum simplicitatem, adeoque immat-
erialitatem, nobis demonstrat, breviter
attingemus. Attendant Materialistæ :
Nostrorum sensuum singulorum organa
inter se differunt. Lux enim, ac colores
per oculos cernuntur: odoramur per na-
res: per aures solas auditur: papillis per
nervæam, intrinsecamque linguæ subst-
antiam diffusis saporibus distinguuntur:
et papillæ nervæ, quæ intra cutem sunt,
tactui inserviunt. Omnes hæ sensationes,
quas per hæ organa percipimus, máximè
inter se differunt; in nobis tamen est
aliquid, quod omnes eas complectitur,
eas inter se comparat, eas se-
cernit, et de his tandem judicat. Eodem
tempore, horti pulchritudinem videmus,
fiores olfacimus, fructus gustamus,
avium melos audimus, lenemque aëris
flatum sentimus. Quid plura? Conféri-
mus inter se has varias sensationes, gra-
dus notamus, vim cognoscimus, qua-
rúmdam voluptatem voluptati aliarum
anteférimus. Jam autem sensuum organa
profectò iudices hic non sunt, etiámsi
enim sensus sentire videamus, cum ta-

men nullus ultra objecta sibi propria,
et convenientia extendatur, de sensa-
tione aliorum sensuum iudicium nullum
ferre profectò valet; visus enim e. c. non
potest iudicium ullum ferre de sono; ne-
que auditus de colore; neque olfactus de
duro, aut molli, ad tactum pertinenti-
bus, etc., etc. Neque dici potest, ali-
quod extensum, puta, cerebri subst-
antiam, ad quam omnia externa orga-
na per nervos referuntur, esse om-
nium prædictarum sensationum iudi-
cem. Non ita quidem, cum enim cé-
rebrum, utpotè quodlibet extensum,
ex variis partibus coaléscat, sicut ha-
rum quælibet percipit peculiarem unius
tantum organi impressionem, ita etiam
unam tantum singularem sensationem
percipere valet; ac proinde nihil percipit
de alterius sensatione; tantumque abest,
ut una pars possit sensationis alterius
partis collationem facere, iudiciumque
ferre, quantum abest, ut oculus iudicare
de saporibus valeat, et de lumine auris.
Hic iudex ergo, qui unò, eodemque tém-
pore in se has omnes sensationes colligit,
ac eas inter se confert, distinguitque, ac
circa ipsas discurret, debet esse quid sim-
plicissimum, individuum, unum, quod
partibus careat: debet igitur esse quid
à materia omninò diversum, cum materia
nec simplex sit, nec partibus carens. Ju-
dex igitur omnium sensationum debet
esse substantia immaterialis. Anima igitur,
quæ iudicat discurrendo de omnibus
sensationibus corporis, cui conjuncta
est, immaterialis est, ac spiritalis. Hæc
complexus est Cicero, *lib. 1 Tuscul.*,
inquiens: «Eadem mente res dissimilli-
«mas comprehendimus, ut colorem, sa-
«porem, calorem, odorem, sonum: quæ
«numquam quinque nunciis animus cog-
«nosceret, nisi ad eum omnia referrén-
«tur, et is omnium iudex solus esset.

CAPUT X.

DE INDIFFERENTISMO IN MATÉRIA RELIGIÓNIS, DE LÍBERO EXÁMINE AC CULTUS LIBERTÁTE.

187. Annò 1749, in lucem pròdidit quidam liber anónymus, cujus títulus est hic : *Spécimen de libertáte animi sui sensa evulgánda*. In hoc ímpio libéllò ejus anónymus Auctor arbitrátur, quibuscúmque, etiam ímpis libris, impunitátem esse concedéndam, facultatémque cuique dandam scribéndi, edéndique quidquid in mentem, buccamque sibi vénerit.

188. Ut vel ténue offerámus lectóri spécimen modi argüendi, quo hujúscè libérculi Auctor útitur, hæc ipsus transcribimus verba, quæ *cap. 2*, exarávit : « Non est opus Newtoniánò ingéniò, « ut quis sibi persuádeat, nisi facultas « omnímòda sensa animi sui edéndi de- « tur, veritátis inquisitionem fieri non « posse : quandóquidem propositio de- « monstráta dici nequit, donec argumén- « ta sunt, quæ illam impúgnant, aut só- « lida contra illam sunt ; ... jam quóniam « nisi adsit potéstas sensa sua proferén- « di, némini putándum est, se ómnia « objécta vidisse, necessariò consequitur, « hæc libertáte sublátà, néminem jure « posse de áliqua propositione convinci. »

189. Hæc probatúrus anónymus Auc- tor exémplum desúmit à Dei existéntia, de qua ipsi placet assérere quòd non- dum est, nec úmquam futúra satis de- monstráta, donec ímpis ómnibus facúl- tas concedátur edéndi in lucem quid- quid contra hujúsmodi theórèma in men- tem vénerit.

190. Enimvéro, non est opus ingé- niò Newtoniánò, aut Leibnitiánò, aliús- ve oculáti Auctóris, ad detegéndum hu- júsce anónymi Auctóris ratiónem allátam falsam esse, ac contemnéndam. Vel no- bis tacéntibus, quisque ictu óculi perci- piet, anónymum hunc Auctórem, plús- quam Roussójum, túrpter errásse. Roussójus enim ajébat veram Religió- nem inveniri non posse, nisi língüæ om- nes addisceréntur, nisi omnes inquire- réntur Bibliothécæ, nisi per omnes ter- rárum partes itinera institueréntur, nisi ad cálculos reduceréntur, ponderaren- túrque ómnia problémata ; imó, his cu- ris ómnibus adhibitis, putábat prius hó- minem mortem appetitúrum, quàm Reli- giónem, quæ sibi foret excolénda, reper- túrum.

191. Insánit profectò Roussójus dum hanc pútidam doctrinam , irridéndaque obrúdit princípia ; sed præcipue ut patet , in hac re insánit citátus Auctor Anónymus : utérque tamen cæcum pirronismum , in Religiónem invehunt. Si enim propositio demonstráta dici nequit , donec argumenta sunt quæ illam impúgnant , aut sólida contra illam sunt , de fáciili quisque verébitur , ne saltem tractu témporis áliqua de novo objiciántur sólida argumenta , quámvis revéra non nisi sophismata sint , veritátem Religiónis , quæ nunc ut demonstráta recípitur , impugnántia : sicque semper mortálium mentes in matéria Religiónis anéscipites erunt ; et quo se tutos vertant non invénient : et si páriter vera Religio inveniri nequit , nisi linguæ omnes addiscántur , nisi omnes inquirántur Bibliothécæ , nisi ad cálculos reducántur , ponderénturque ómnia problémata , nisi per omnes terrárum partes itínera instituíantur , nisi his ómnibus adhibitis , prius hóminem mortem oppetitúrum , quam veram Religiónem repertúrum ; cónsequens fit hóminem in hac vita dignóscere non valére quænam Religio sibi sit amplecténda. Cónsequens fit , hóminem non posse certò cognóscere média , quibus ad hanc felicitátem obtinéndam pervéniat. Et postrémò cónsequens fit , ut cùm nulla Religio sibi satis tuta et exploráta appáreat , in cæcum indifferentismum in matéria Religiónis tandem aliquándò demergátur.

192. Indifferentismus in matéria Religiónis ! Proh dolor ! Hæc est plaga mortífera , quæ in nostra societáte , tantam stragem edit animárum. Sub quocúmque aspéctu híc Indifferentismus sanæ menti obversétur , semper ut monstrum horréndum sana mens non potest non aversári. Adspéctus sub quo Indif-

ferentismus sibi cómplacet fáciem suam patefácere , est adspéctus philosóphicus , quátenuis qui hocce indifferentiæ morbo labórat , vellet ab ómnibus extólli ac celebrári , ut homo cæteris hominibus præstans , et ut mente abundantíori límine , ac vigóre donátus , quam donáta sit mens aliórum mortálium. Verùm quid significat indifferentem se pródere in matéria Religiónis ? Significat nullam habére curam de veritátibus præstantióribus , homínique abs dúbio magis necessariis. Ambígere dumtáxat de hujúsmodi veritátibus , jam est quædam mors intelléctûs ; verùm non curáre de hujúsmodi veritátibus attingéndis , sed illas sub quodam adspéctu indifferenti rejicere , quiddam stúpidum rédolet , et brutále. Ad laborándum hocce indifferentismo , necéssum est , ita immérsum esse in sénsibus , et suffocátum à matéria , ut mens jam non váleat , ut opus est dignóscere , quàm stúpida sit hæc ignorántia ; nec suspicári quidem , quam nedum útilis , verùm , et absolutè necessariá sit cognitio harum veritátum. Ad laborándum hocce indifferentismo , opus est hóminem sibi persuadére , nihil prorsus refférre dignóscere , aut ignoráre , utrum ánima præditi simus immortáli , aut è conversò , cum béllius chorum dúcere debeámus. Nihil refférre , utrum Deus ex seípso nobis locútus sit , seu áliquid nobis reveláverit ; aut si únice nostram débilem ac infirmam ratiónem támquam ducem in hisce veritátibus agnoscéndis , nobis assignáverit. Nihil refférre dignóscere , utrum post hanc vitam nobis áliquid pertimescéndum sit , an è conversò. Nihil différre crédere , utrum aliquándò Angelórum consórtes inveniemur in cælo ; aut si in nihilum undè extrácti sumus , revertémur : et sic similiter de ómnibus áliis sublimióribus

quæstionibus, quæ ad humanitatem pertinent, non minus quam ad Divinitatem.

193. Necëssum profectò non est philosophiæ incumbere, vel incubuisse, ad de facili intelligendum, neminem posse indifferenter se gerere circa negotia magni momenti, ex quibus ejus salus, seu conservatio magnoperè pendent. Paterfamilias indifferenter se gerens in ordine ad litem ex qua pëndet victus, et vestitus totius familiæ; Dux exercitûs indifferenter se gerens in prælio, ex quo vel victória vel ruina pendet exercitûs; Princeps indifferenter se gerens circa aliquem evëntum, qui potest eum vel in Sólío firmare, vel è Sólío deturbare; reduci profectò debent ad genus stupiditatis ab omnibus execranda.

194. Ast verò multò plus execrationi omnium mortaliûm devovenda est indifferèntia in matéria Religiónis, cum versetur circa bona in immensum bona supra assignata, superantia.

195. Sed repónt forsitan Indifferentistæ: Nonne omnis Religio bona est? Minimè quidem: Religio namque appellatur, illa quam profitentur Judæi, Mahometáni, Bramanes, Irochési, pópuli Sandovichenses, qui Jesum Christum aversantur ac rejiciunt, seseque prosternunt coram Mahométe, Buda, Sciacca vel quocúmque alio idólo sibi ab ipsis conficto. Si quiscúmque cultus à quacúmque Religione præstetur, bonus est; opus erit concedere errórem, et veritatem, Deum honóre debito prósequi, ipsúmque blasphemis lacessere, eumdem cognoscere, vel ignorare, Deum ut par est adorare, vel honorare Cacodæmonem in idólis; unum idémque esse, ut bonum esse prædicandum, et tãquam Deo placens agnoscendum. Sed quãvis id limitandum duxerint ad om-

nem Religiónem seu Sectam, quæ quodammodo Dóminum Jesum Christum agnoscit, et veneretur, non minus impium ac absurdum esset assérere omnem Religiónem ut bonam esse agnoscendam.

196. Neminem enim præterit Protes tantium Sectas in mille fractiones esse partitas. Eadem Doctrinæ quas tanto ardoris impulsu, ac tenacitate, ab initio propugnârunt; nostris temporibus eas rejiciunt, ac contemnunt. Illud, quod ásserunt Lutheráni, dénégant Calvinistæ: illud, quod admittunt Calvinistæ, recúsant Scotísci: illud, quod isti admittunt, impugnant Anglicáni: illud, quod Anglicáni deféndunt, rejiciunt Dissidentes: et sic de cæteris. Bonum ergo et verum erit sive affirmes, sive neges: bonum erit e. c. adorare SS. Altáris Sacramentum cum Cathólicis, simulque bonum erit hunc actum adorationis tãquam idololátricum reputare cum Calvinistis: bonum erit accedere ad Tribúnal Pœnitentiæ, ac recipere absolutiónem Sacramentalem, ut præstant Cathólici; ac hocce Tribúnal et absolutiónem irridere, ut irrident Anglicáni. Bonum erit Jesum Christum ut verum Deum agnoscere, revereri, ut reverentur Cathólici; simulque bonum erit ipsum ut puram traducere creaturam, quemádmódum præstant Sociniáni, et Unitárii. Cui stómachum non movet hæc farrágo Religiónum, sive Sectarum?

197. Sed placet indifferentistas cuiusque generis in scenam iterum revocare, ut deformitatem et aberrationem doctrinæ, quam resellimus, contra ipsorum faciem projiciamus.

Indifferèntia religiôsa duplex est, generalis, et particularis. Generalis apud illos reperitur, qui dogmatizant homi-

nes cujuscúmque Sectæ recte ágere, si ad sectæ principia sese compónant. Hi Latitudinárii, Adiaphoristæ, Libertíni, Pacífici etc. vocítantur. Indifferéntia religiôsa particulâris apud illos invenitur, qui réprobant quidem sectas Religiómem revelátam non admitténtes; putant tamen satis esse, si admittántur articuli fidei, quos ipsi vocant fundamentâles: circa verò réliqua dógmata, ajunt, cuique licitum esse id sentíre, quod sibi placúerit absque salútis æternæ dispéndio. Utraque hæc indifferéntia religiôsa suos habet patrónos. Indifferéntiam religiôsam generâlem tuéntur Voltairius in *Dict.*, art. *Tolerance*: Auctor philos. *du bon sens*. Mandevillius in lib. *Fábula muscârum ad mel*. Spinôza *traç. Theol. polit.*, c. 16. Collinsius, *lib de libert. cogit.* Auctor *Medit. philos. de Deo, mundo, et hómíne*, apud quem hæc legúntur verba: «Colo «Deum talem, qualem Princeps, vel «Respública me jubet: si Turca, Al-«coránium; si Judæus, vetus Testa-«méntum; si Christiánus, Novum Testa-«méntum véneror pro lege.... Papa si «imperans Deum credo transubstantiá-«tum; si Luthérus, Deus mihi particu-«lis in, cum, et sub circumvallátur: si «Calvínus, signum pro Deo sumo.» Indifferéntia particulâris religiôsa nacta est patrónos ferme omnes hæréticos recentiores, ut Cláudium *Defense de la Religion reformée*; Jurium *le vrai hist. de l' Eglise, et de unit Eccles.*; Clericum, *de eligenda inter dissentiéntes Christ. sentent.*; Lókium, *Christianisme raissonable*; Milónum, *lib de vera Relig.* etc.; et Bælium, in *Dict. art. Milton, et Comment. Philos.*, p. 2, c. 20. Vide insuper Eusébius, *hist. lib. 5, c. 18*, et S. Augustinum, *lib. de hæres.*, hæresi 72.

198. Qui stant pro indifferéntia religiôsa particulâri, ajunt, ut diximus, sufficere adhærere veritatibus, quas ipsi appellánt *fundamentâles*; sed quándo ab eis quæritur ut assignent quænam sint hæc veritatés fundamentâles, hæret áqua. Nam ipsi hæterodóxi inter se digladiántur in designândis articulis, quos vocant *fundamentâles*. Leibóltius enim in *Commercialitt. cum Pellisónio*, unum dumtaxat articulum *fundamentilem* admittit, scilicèt *Amórem Dei*. Henricus Coccéjus in *Comment, ad Grot.*, lib. 2, c. 20, in articulis *fundamentâlibus* habet dógmata in quátuor prióribus Concíliis (Ecuménicis defínita. Anglicáni protestántes Américæ an. 1785. (Vide ephemeridem histor. et líter. sub die 4^a Martii, an. 1786.) Concílium Nicænum rejecére, et professiónem dógmatis SS. Trinitátis. Ex hac divergéntia opiniónum in assignândis veritatibus, quas nuncupant *fundamentâles*, mirum esse non debet Roussójum, *Lett. de la Montag.*, scripsísse: «Ministri Protestán-«tium, neque quod credunt, neque quod «volunt, neque quod dicunt, sciunt.... «Si ab eis quæritur, an Jesus Christus «sit Deus? non áudent respondére.... «Si ab eis quæritur quænam mystéria «admittant, obmutéscunt.... In sua sta-«tuénda fide únicè respiciunt ad emolu-«méntum temporále.... Pénitus ignorá-«tur quid credant, et quid non credant, «sive quid simulant se crédere: ad suam «stabiliéndam fidem, áliam non agnós-«cant méthodum, quam impugnâre alié-«nam.» Licet hæc prælibásse, refutásse sit, contra omnes propugnántes indif-feréntiam religiôsam, sive generâlem, sive particulârem sic argúimus. Indif-feréntia religiôsa, sive generâlis sit, sive particulâris, nihil áliud in rei veritáte est, quam evérsio Religiónis, sive

cultus Deo debiti ac grati : siquidem Indifferéntia religiôsa generális admittit tãquam bonas omnes sectas seu Religiônes ; particulãris verò approbat tãquam bonas, omnes sectas admitténtes articulos fidei, quos Indifferéntes appellãnt *fundamentãles*. Quis autem ictu óculi non pèrcipit, utramque hanc indifferéntiam omnem Religiônem evèrtere, cultúmque Deo debitum subtrãhere ; cum útraque hæc indifferéntia, sapiéntiã, sanctitãti, ac veracitãti Dei opponãtur ? Nam in primis, Indifferéntia religiôsa generális admittens omnes sectas ac Religiônes bonas esse, admittit tãquam bonam, Religiônem Mahometis ipsum coléntis ceu mãmimum Prophetãrum ; admittit tãquam bonam, Religiônem Judæorum Christum blasphemãntium, et adhuc Messiam expectãntium ; approbat tãquam bonam, Religiônem Deistãrum, divinã revelatiônem denegãntium ; et simul approbat ut bonam, Religiônem Cathólicam, divinã revelatiônem admitténtem, et damnãntem Mahometismum, Judaismum, Deismum, cãterãsq; omnes Religiônes ab ipsa aliãnas : quò fit ut hæc indifferéntia generális traducat tãquam bonos cultus ad invicem oppósitos, seseque ad invicem destruéntes. Quis autem non videt id sapiéntiã, sanctitãti, ac veracitãti Dei adversãri ? Sapiéntiã profectò adversãtur ; siquidem sapiéntis non est contradictóriã approbãre : sanctitãti pãriter adversãtur : sanctum enim dedecet approbãre tãquam bonum in una Religiône, id, quod ut intrinsecè malum, damnat in áltera : pãriter veracitãti opponitur ; siquidem cum veritas non sit nisi una, pugnat cum Dei veracitate docère Cathólicos, Mahometem esse impostórem, et docère simul Mahometãnos esse mãmimum Prophetãrum : docère Ca-

thólicos Jesum Christum verum esse Messiam, et jam advenisse, Judæis verò inculcãre contrãrium : docère Cathólicos perãctã esse revelatiônem ; Deistas verò non esse factã etc.

199. Pãriter opponitur Dei sapiéntiã, sanctitãti, ac veracitãti, indifferéntia religiôsa particulãris ; hæc enim, ut mox diximus, approbat ut bonas, omnes Religiônes, quæ admittunt veritates, quas ajunt fundamentãles, licet cãteras rejiciant. Sic ex vi systématice approbat ut bonas, et Sectã Calvinistãrum, reãlem Christi præsentiã in Eucharistia denegãntium, et Sectã Lutherãnorum ipsã profiténtium : approbat ut bonas, Sectã Anabaptistãrum, pũeros posse baptizãri denegãntium ; et Religiônes aliórum asseréntium, pãrvulos esse baptizãndos : approbat et Sectã traducéntes Romãnum Pontíficem, ut Anti-Christum ; et simul ex vi systématice quod adóptat, respũere nequit Religiônem Cathólicã asseréntem, Romãnum Pontíficem esse verum, própriũ, ac legítimum Vicãrium Christi ; approbat Sectã existéntiam Purgatórii, præceptũ Confessiônis auriculãris, bonórum óperum necessitãtem, aliãsq; hujusce generis veritates irridéntes ; et simul ex vi systématice cógitur approbãre Religiônem Cathólicã prædictã tãquam inconcussa fidei dógmata proponéntem.

200. Hujusce generis indifferéntia profectò Dei Sapiéntiã, sanctitãti, ac veracitãti opponitur : nam, ut diximus, sapiéntis non est contradictóriã, ut vera, approbãre ; neque sancti, approbãre in una Religiône id, quod ut intrinsecè malum, damnat in ália ; neque verãcis, propónere in una Religiône, ut revelãtum à Deo, id quod in áltera propónitur falsum, ac irridéndum. Quod autem Dei Sapiéntiã, sanctitãti ac veracitãti

adversatur, est eversio omnis cultus Deo debiti, ac grati. Adeo verum est, utramque indifferentiam religiosam tum generalem, tum particularem eversionem esse omnis cultus Deo debiti, ac grati; ut quidam inter praestantissimos Calvinistas in Gallia degentes, quique fuerat in doctrina indifferentiae religiosae enutritus, ad examen hocce systema revocans, ab ipso examinis limine detexerit, primam ac immediatam indifferentiae religiosae consequentiam, esse omnis Religionis eversionem: et hac veritate convictus, cum Ecclesia Catholica foedus iniit, seseque ei reconciliavit, ut ipse postea in suo praelaro opere *Mr. Papin. examen de la tolerance*, demonstravit.

201. Neminem fascinare debet Roussejus, in *Emilio*, tom. 3, edocens: unumquemque teneri legibus Patriae, ac Principibus obedire: cum igitur secundum has leges modo haec, modo alia praescribatur Religio, in materia Religionis admittenda est indifferentia. Verum enim vero, quem praeterit, hancce Roussejannam objectionem esse contra producendam; ex illa enim infertur, seditionis fuisse, ac in Republicam rebelles, ac in Deum ipsum peccasse Deistas, Reformatores, ac quoscumque alios Ihaereticos, qui contra Religionem Catholicam legibus Patriae, ac Imperatorum jussis praescriptam, vexillum extulerunt. Sed directe larvam hypocrisis objectionis Roussejannae removemus dicentes: Quod legibus Patriae ac Principum utique est obtemperandum: si tamen veram imperent Religionem, non tamen falsam; nam quaelibet Religio falsa, est a Deo proscripita, cum Deus sit ipsa veritas, quae omnem respuit errorem, ac falsitatem. Id probe jam intellexerunt Fideles, qui prioribus Ecclesiae saeculis

sub Principibus infidelibus degentes, exactissime servabant leges civiles ab Imperatoribus praescriptas, adamussim adimplentes praecipuum Apostoli, *Hebraeor.*, c. 13, v. 17. ajentis: *Obedite Praepositis vestris, et subjacete eis*; ast vero, cum de Religione agebatur, malebant mortem potius oppetere, quam falsam Religionem amplecti, et Ethnicorum moribus fadari, semper praee oculis habentes illud memorabile Petri dictum *Act. c. 5, v. 29*: *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus*: Caelo ipso innumeris miraculis approbante hunc morem fidelium, proprio sanguinae veram Religionem obsignantium.

202. Nec timendum, quod sublata indifferentia Religionis Republica perturbetur, ut ipse Roussejus ibid. objiciebat, falso supponens intolerantiam religiosam secum afferre detestationem, et odium proximi, adeoque veram Republicae perturbationem. Absit tam putida calumnia ac crassus error: Siquidem in homine a vera Religione aberrante, duo sunt discernenda, persona, videlicet, et error: Intolerantia Religiosa indifferentismum excludens, non praescribit odium, et detestationem personae; sed dumtaxat erroris. Non quidem personae, nam ipse Christus Divinus Legislator, *Matth. c. 5, vv. 43, et seqq.*, ait: «Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: et orate pro persequentibus, et calumniantibus vos: ut sitis filii Patris vestri, qui in Caelis est: qui Solem suum oriri facit super bonos, et malos: et pluuit super justos, et injustos.» Intolerantia, igitur, religiosa secum non fert odium ac detestationem personarum, ex quo Republicae perturbatio posset oriri:

secum tamen fert detestatióem erróris ; adeóque Indifferentismi religiósi : nec mirum ; omnes enim Scripturæ páginæ, dum nobis commendant, semper veritatem amplecténdam, ex consequenti nos édocent, errórem quémlibet ipsi oppósitum detestándum. Hæc autem detestatio erróris non cáusat, nec nata est causáre Reipublicæ perturbatióem : nam ipse Christus, qui semper totus fuit in destruendo erróre, núnquam pótnit méritó árgüi perturbatiónis Reipublicæ : undè ipse fidénter, *Joan. c. 8, v. 46*, ajébat : *Quis ex vobis árgüet me de peccáto ?* Quin imo Christus docéndò erróris detestatióem, pacem in Rempublicam intromittébat, undè in Cælum ascensúrus, *Joan. c. 14, v. 27*, dixit : *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Ipse Christus in terris degens, *Matth., c. 22, v. 21*, dixit : *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari ; et quæ sunt Dei, Deo.* Hæc quidem verba, ut per se patet, falsas rejciunt religiónes, útpotè non reddéntes Deo, quæ sunt Dei, attamen tantum abest, ut perturbatióem inducant Reipublicæ, quin pótius reddéndò Cæsari, quæ sunt Cæsaris, concórdiam inter Impérium, et Religióem mirificè fóveant.

203. Ex hucusque dictis liquet quam stúpidus ac deplorándus sit in matéria Religiónis Indifferentismus, non secus ac liberum exámen, quod in eádem matéria requirunt Indifferentistæ. Hocce exámen in matéria Religiónis inquiréntes, et propugnántes, in summam incidunt impietatem, suppónunt enim Deum aut veram Religionem média Revelatióne non ostendisse ; aut etsi osténderit nihil reférre, hóminem Deo loquénti vel crédere, vel discrédere. Horum primum assérere idem est, ac ad nihilum redigere totum id quod Chris-

tus in terris operátus est, respúere ejus dicta, suam abjicere doctrinam, flocci fácere suam missióem, et contendere ejúsdem advéntum incássum prorsus extitísse. In quo, quid nisi summa deprehénditur impietas? prout et deprehénditur, si asséritur, nihil reférre hóminem Deo loquénti posse vel crédere, vel discrédere: nonne hoc esset Deo exprobráre, verba sua nihili esse faciéndá ?

204. Profectò : propugnáre hóminem libertáte gaudére cogitándi in matéria Religiónis horribilem in Christum verum Deum impíngit injúriam: tunc enim ipsi denegátur jus áliquod supra nostrum habére intelléctum; divina veracitas denegátur, prácticè enim asséritur, ipsum aut falli, aut fállere posse; impropératur infínita Dei sapiéntia, è fronte enim ei dicitur: *recède à nobis sciéntiam viarum tuarum. nollumus*; est summa in Dei bonitatem ingratiúdo, ejus quod nobis óffert magistérium recusándò. Cùm in his ómnibus, quæ docet fides Christiána nullum reperiátur mendácium; cùm nullum sophísma in ratiociniis ad eam defendéndam à SS. Pátribus adhibitis liceat deprehéndere, cùm in miraculórum præstantia, tum multiplicítate, quæ hanc fidem innegábilem, et támquam colúnnam firmíssimam, et indestructibilem reddidére, nec vánitas, nec fraus, et dolus reperiátur; opus est confitéri, et absque vel mínima hæsitatióne crédere, Deum nobis esse locútum. Si ergo Deus locútus est; úbinam reperiri potest, nisi in mente delirántium, hocce jus, quod obrúditur, cogitándi, simulque amplecténdi quod nobis placet, et rejiciéndi quod displicet, quantumvis id, quod cogitámus et ampléctimur, divino verbo contrárium reperiátur ?

205. Ínsuper, semel admissa libertáte cogitándi, támquam corollárium, liber-

tas páriter cujuscúmque actiõnis quantúmvis criminõsæ, proclamátur. Si enim licitum est ad libitum cogitare, nonne liberum mihi erit páriter existimare ordinatiõnes illas, quæ vulgò inter leges divinas computántur, nihil in rei veritate esse aliud, quam figmènta, seu adinventiõnes humanas; et illa, quæ credúntur leges humanæ, nihil quoque esse aliud, quam brutales tyránnides hóminum cervices excutiéntes, adeóque ab eisdem quoquomodo excutiéndas, et étiam vi adhibita propulsándas? Si licitum hómini est cogitare sicut ipsi placet, et si mihi vidétur non contemnéndas adesse ratiõnes, quæ suádeant illud quod jus appellátur, non aliud profectò esse quam larvata injustitia; illud, quod proprietas nuncupátur, nihil aliud esse quam latrocínium; illud, quod nomen obtinet prohibitatis, nihil aliud esse quam meram simulatiõnem; illud, quod appellámus pudórem, merum esse præjudicium ab educatiõne ortum; illud, quod nomen sibi véndicat pietatis, debere sibi vendicare nomen superstitiõnis etc., quo jure impediri pótero operándi, operatiõnes meas confórmes reddéndò iis, quæ ego liberè cogitávi?

206. Rerum publicárum perturbatõres, vulgò revolutionárii, admittántur ómnibus víribus, conatibúisque legítimos Monárchas è Sólío deturbare, esse licitum, ducti hoc principio, quod liberum est unicuique cogitare quod sibi placet. Hi liberè cogitándò, et spreta omni régula rectè cogitándi, sibi persuádent adinvenisse, esse quid horrificum géneri humano, quod álíi imperent, álíi obtémperent imperánti, ideóque sátagunt huncce horrórem pénitus exterminare, statuéndò inter hómines perfectam æqualitatem. Communistæ, et Socialistæ non ália de cáusa, quemcúmque privátum

conténdunt suis júribus spoliándum, nisi quia liberè cogitándò sibi visum est adinvenisse, omnem proprietatem esse furtum, adeóque apértam justitiæ violatiõnem. Omnes Libertini, omnes Volteriáni, non ália de cáusa Christianismo bellum cruéntum inferunt, nisi quia liberè cogitándò sibi persuásum est adinvenisse, Christianismum inter fábulas, absurdas, et superstitiõnes esse amandándum. Sic ergo licitum erit latróni, defloratóri, ac sacrilego, invadere bona aliéna, uxóres, vitam, quodcúmque objéctum quantúmvis sacrum sibi ipsi óbviám véniens; si semel dúcitur hoc principio, quod ipse liber est in cogitándò, et ipse hic et nunc cogitat prædicta, quæ nuncupántur facinora, sibi licere executiõni mandare, ut suæ indúlgeat cupiditati.

207. Nec valet respondere áliam esse libertatem cogitándi; áliam verò libertatem operándi: prima licita est, et laudábilis: áltera verò à légibus est regulánda. Fútile profectò est, et ineptíssimum hocce respónsum in ore eórum, qui pro libertate cogitándi pugnant. Quippe si mihi licitum est cogitare quidquid menti meæ occurrat; possum consequenter cogitare liberum mihi esse, operatiõnes meas, meis cogitatiõnibus aptare. Possum cogitare, leges omnes, quæ has vel illas operatiõnes vetant, esse prorsus inanes, inéptas, et ut injústas hac tyránnicas, esse ab ómnibus repudiándas. Si ergo mihi concéditur licéntia id cogitándi; quómodo potest mihi libértas denegári, operatiõnes meas hisce cogitatiõnibus aptándi? Omnes dialécticos provocámus, ut hanc legitímam illatiõnem dénégent, semel concessá unicuique hac cogitándi libertate.

208. Ex hac libertate cogitándi, púl-

lulat alia libertas quam quodammodo supra refellimus, et *libertas cultus* nuncupatur. Quid autem per libertatem cultus venit ipsis intelligendum? Non aliam sanè libertatem, quam illam religionem profitendi, quæ magis placeat, vel nullam profitendi, si ita magis expedire iudicatur. Qui ita sentiunt, vellet leges nihil umquam curare de eo, quod sensum religiosum refolet, simulque nihil curare de eo, quod membra societatis in ordine religioso præstant.

209. Libertas igitur cultus in Regnis Catholicis, est jus erigendi Mahometanorum fana, Synagogas, Delubra Gentilium (vulgò *Pagodas*) simulacra, seu idola, Altaria Soli, Lunæ, igni, reptilibus, serpèntibus, et quibuscumque immundis animalibus: et hoc, si placet, coram sacro-sancta Altaria, quæ Servatori nostro Jesu Christo à Catholicis sunt dicata. Nisi adesset lux caliginosa hujusæ sæculi, numquam credere nobis fas esset, non deesse nonnullos, qui Christiani volunt nuncupari; et qui tamen cultus libertatem pro viribus audent proclamare. Vix credi potuisset, quanto studio quæsita sint rationes, seu melius dicemus sophismata, ut hac cultus libertate Regna Catholica fœdarent. Vix credi potuisset in auxilium vocatam esse Politicam, et Philosophiam, ut ostenderent, si possibile esset, homines *sancto* (id quod blasphemum est) *sancto* inquam jure gaudere repudiandi ac ejurandi Jesum Christum, ejusque fidem; et sese ad Mahometum, Baddam, Sciacam et Confucium convertendi, ipsis erigendo Tempia, et simulacra, victimas ipsis immolando, eisque thus religiosum adolendo.

210. Audiâmus paulisper *profundas solidasque* rationes, quas adinvenere ad hocce jus hominibus vindicandum. Reli-

gio iniquiunt, est quoddam debitum, quod quodlibet individuum erga Divinitatem contraxit: ad individuum igitur dumtaxat pertinet curare quomodo hoc debitum erga Deum, ut par est solvere valeat. En quò primò sese refugere audent. Ab eis interim percunctamur. Solum ne individuum hocce debitum contraxit? Id profectò falsissimum est; eo quia quantumvis Religio sit quoddam debitum, quod quodcumque individuum afficiat; est tamen debitum tale, quod etiam afficit societatem. Deus siquidem nedum est Auctor individui, verum etiam est Auctor supremus totius Societatis: nequit igitur carere cultu, quò nomine totius Societatis veniat honorandus. Id in dubium revocare, est damnare id, quod propriò exemplò etiam populi magis barbari, et inculti Orbis terrarum nos docuere, qui omnes cultum etiam socialem et agnoverunt, et receperunt.

211. Distinguere tamen oportet inter societatem, et societatem. Si enim sermo sit de Societate Pagana, vel Heterodoxa, quæ quidem hoc ipso, nec possidet infallibiliter veritatem, et aliunde Magistro caret, qui eam, auctoritative, et infallibiliter doceat veritatem, quam relatè ad Religionem amplecti valeat et debeat; tunc in societate non reperitur aliud jus, quam proscribendi illud, quod ipsas naturæ leges offèndit: ast verò si sermo instituatur de societate catholica, quæ in suo sinu infallibiliter possidet veritatem, eo quia in suo sinu magisterium retinet infallibile; tunc longè aliter est discurrendum. Ad hocce enim magisterium essentialiter spectat definire, quid verum sit, quid falsum in ordine ad Religionem, et cultum Deo præstandum, quidque hoc ipso agendum sit, quidve vitandum: semel autem cog-

nito, et admissio hocce Magistério infallibili Ecclesiæ, quæ est columna, et firmamentum veritatis, societas catholica, tum jure potitur, tum debitum contrahit hunc veritatis thesaurum, quem in suo cultu religioso possidet, nedum servandi, sed et totis viribus simul protegendi, ac propugnandi. Jus, inquit, habet, quod quidem jus societati concedit veritas infallibiliter cognita: et super terram, non aliud majus, quam jus veritatis agnoscitur. Debitum pariter contrahit, eo quia quantum sibi possibile est firmare debet, et tueri illud, quod in maximum bonum nedum individui, sed et populorum cedit, quale certo certius est Deum honore, cultuque debito prosequi. Quod si hic cultus in aliqua vigeat Natione, seu Regno, eo plus incumbit societati pro ipso pugnare, nedum quia in bonum spirituale, et æternum individuorum vergit; verum etiam quia bonum temporale est, et magni pretii respectu totius societatis, in eadem fovendo pacem, unionem, et concordiam, quæ quidem maxima bona sunt societatis. Nequit igitur cultus libertas rationabiliter in Regno Catholico proclamari, utpotè quia hæc libertas, paci, unioni, et concordie inter membra Societatis adversatur.

212. Hanc doctrinam, Hispaniæ e. c. aptandò in qua Dei præstantissimo munere hæc libertas non agnoscitur, quin imò repudiatur; quis non videt quam absurdum, et infiquum foret velle in ea hanc libertatem cultus proclamare? Id profectò foret idem ac profitenti veritatem dicere: maecte animo esto: nunc jam habes jus etiam profitendi errorem: idem foret ac ei, qui charitatis vinculo fratribus conjunctus reperitur, dicere: maecte animo esto: jam tibi conceditur jus hocce vinculum solvendi: idem foret

ac ei, qui magistrum nactus est infallibilem dicere: Maecte animo esto: jam enim possides jus tibi magistrum eligendi, qui infallibiliter te decipiet ac in æternum perdet.

213. Dicere autem auctoritatem, quæ regit societatem catholicam nullum contrahere debitum firmandi, et pro viribus servandi sui cultus unitatem; idem est ac dicere, auctoritatem stabilitam ad servandum ordinem, nullum contrahere debitum ordinem servandi; auctoritatem stabilitam ad publicum bonum promovendum, nullum contrahere debitum id præstandi; auctoritatem stabilitam ad fovendam pacem, unionem, et concordiam inter cives, nullum contrahere debitum id curandi, quin imò facultatem habere operandi in contrarium. Id profectò foret, res valde disparatas et contradictorias velle amico facere consociare.

214. Dumtaxat data hypòthesi quod in aliqua Societate seu Regno, tot invenirentur factiones, quæ in magna copia simul cum profitentibus veritatem, profiterentur errorem; videtur concedi posse quod ad majus malum vitandum, cultus libertas permittatur: ast verò lippis ac tonsoribus notum est, hanc tolerantiam non reddere in státu prospero societatem: sed verum esse malum, quod tantummodo toleratur ad majus malum vitandum.

215. Alterum effugium, certè valde miserum, et infirmum quo se recipiunt libertatis cultus Patroni istud est: Ubi, ajunt, hæc cultus libertas reperitur, ibi cuique adest libertas hunc cultum præ aliis proprio Marte seligendi: et hoc pacto cultus majorem perfectionis gradum attingit. Verùm hoc absurdum quoddam est, et paradoxon. Si in aliquod regnum e. c. ubi justitia perfectè,

et universáliter vigéret, áliquis vellet fráudes, latrocínia, et homicidia intrómittere, ad hoc ut cives mélius osténderent ardórem quò flagrant erga justítiam, et ódium quò ducúntur in sán-guinis effusióem; nonne hic profécitò ineptíret? Idem páriter dicéndum de eo, qui in áliquam familiam ubi recíprocus amor, debítaque Genitóribus obediéntia florét; vellet discórdiam, et rebelliónem intróducere, ad hoc ut mélius apparéret constántia membrórum hujúscé familiæ in servánda pace et concórdia, et ódium quo flagrant in id omne, quod prædicta bona è sinu familiæ natum est tollere? Quid si áliquis spónsam insóntem, et cándidam, vellet discrimini committere, eam effrenátis adolescéntibus tradéndò, ut ejus tum candor, tum fidélitas erga spónsum ostenderétur? Et quis sanæ mentis cathólicus volet in discrimen addúcere fidem suam, ac Religióem, quæ ut bona máximè prætiósa sunt à Cathólicò æstimánda? Eam in discrimen addúcere valdè criminósum est: eam ergo in discrimen addúcere libertátem cultus proclamándò, pósita ignorántia, et passió-nibus ingruéntibus pópuli, quále crimen profécitò erit?

216. Nos non præterit, Patrónos hujúscé cultus nobis objicere. Nonne Cathólici hanc libertátem cultus in Regnis hæterodóxis requirunt? Quod ergo ipsi in domo aliéna exóptant, non debent denegáre in própria. Aut si volunt denegáre in própria, cónqueri mínimè debent, si id ássequi non valent in aliéna. Túrpius autem fallántur hæc objiciéntes. Animadverténdum est enim, vária, quæ étiam Cathólici justè éxigunt, non illa requirere quia sint quoddam bonum absolútum, sed dumtáxat quia sunt bonum quoddam relátè ad ma-

jus malum, quod absque istis incurrerétur. Certè non est bonum absolútum mercatóribus transfretántibus, quod eórum merces in mare projiciántur: nihilóminus ipsi erunt primi, qui ex toto corde hanc projectiónem efflagitábunt, si ipsam ad vitándum naufrágium expedire judicáverint. Similiter Cathólici, in quibúsdam Regnis libertátem doctrínæ, et prædicatiónis expóstulant, non quia omnis libértas docéndi, ac prædicándi sit in se bona, ac laudábilis; sed quia in iis Regnis in quibus doctrina, et prædicatio dumtáxat pænes heterodoxos résidet, adeóque desérvit erróri, quoddam bonum est ut Cathólicis concedátur jus docéndi, ac prædicándi, ut ejus tum doctrína, tum prædicatio desérviant veritáti. Idem omnínò asseréndum est circa cultus libertátem. Si enim loquámur de Regnis in quibus omnis véritas cathólica rígidè sit interdíc-ta, ibi cultus libértas quoddam bonum est, et potest justè requiri: ast verò si id in se, et absolútè spectétur, quemádmódum foret bonum mercatóri transfretánti, se non reperiri cóactum ad suas merces projiciéndas, ut naufrágium vitáret; ita étiam optándum máximè foret, ut in órdine ad cultum dumtáxat verus Catholicórum cultus, sibi débita fruerétur libertáte.

217. Nec indè séquitur, quod sicut Cathólici cultum proscribunt hæterodó-xum, ita hæterodóxi jure potiántur proscribéndi cultum Cathólicum. Dúpl-ici namque ratióne explóditur hæc illátio. Primo: si de Protestántibus instituátur sermo, ipsísima eórum princípia éxigunt ut Catholicórum cultus tolerétur: quándo è convérsò, Catholicórum princípia cultum Protestántium agnós-cere ac permittere vetant. Quális enim est decantáta norma Protestantísi in

ordine ad id, quod fide tenendum est? Biblia, respondent, juxta cujusque privatum sensum interpretata. Si ergo quilibet Christianus Bibliam exponendo seu interpretando privatim, persuasum sibi crederet, quod debet se omnimodè Ecclesiæ Catholice submittere; quo jure valent Protestantes illi denegare id, quod ipsis Protestantium principis est adeo consentaneum? Si aliquis inter Christianos diceret cæui Protestantium: Ego legi, ac perlegi Bibliam: ipsam attentè ac profundè meditatus sum, ac in ea perspicuè inveni Primatum Petri stabilitum, ac Ecclesiæ infallibilitatem super ipsum fundatam: Spiritus Sancti luce cognovi Ecclesiam Catholicam unicam esse veram inter cæteras Ecclesias Orbis terrarum: hanc mihi esse amplectendam, cultumque servandum: me salutem non posse consequi æternam, nisi cum ipsa communicando, eique parando; quis ex Protestantibus, si suis velit stare principis, audèbit mihi impedire cultum catholicum servare, quem unicè verum, Deoque præstandum ex ipsa Scriptura cognovi? Libertas, quam Protestantismus suis assæclis concedit adeo illimitata est, ut debeat sese extendere usque ad Catholicismi tolerantiam: et aperta contradictio est eum, ejusque cultum non velle tolerare. È contrà Catholicismus suis cohæret principis omnem alium cultum vetando: eo quia cum firmiter credat, veritatem solum stare pro parte illorum, qui Catholicismum amplectuntur, non potest tolerare illum, qui se non vult subicere illi Ecclesiæ, cujus patrimonium est: *Veritas*.

218. Non possunt ergo justè conqueri Protestantes quod à Catholicis eis denegetur id ipsum, quod Catholici à Protestantibus exposcitur, ut concedatur.

Palam, et altè loquámur. Sola veritas jure libertatis gaudet: et hoc jus nunquam mendacio, et errori competere valet. Quid? Si permittitur venditio herbaram salutarium; debet ne pariter permitti venditio illarum, quæ utpotè venenosæ salutis infestæ sunt; et tandem aliquando gignunt mortem? Ad hoc ut homines libertate gaudeant ineundi contractus; debet pariter libertas concedi dolo, ac fraudibus? Ex hoc, quod homines liberi sunt ad vitam, etiam adhibita vi, contra injustum invasorem conservanda; ipsi pariter debet concedi libertas ad homicidia perpetranda? Nonne id inter maxima absurda esset computandum? Sed non minus absurdum est dicere, quod oportet libertatem concedi, ut Arrigus, Lutherus, Calvinus, Quakeri, Methodisti, Mahometus, Brachmanes, cæterique ejusdem furfuris, publicam suorum errorum sollemniter, et festivè professionem agant, posito quod id conceditur sub veritatis vexillo militantibus. Veritas sola, quam profitentur Catholici, jus habet ut propagetur, promoveatur, eique cultum reddendò celebrètur; quod quidem jus nunquam, ut diximus, ad mendacium, et errorem, potest attingere.

219. Scimus nonnullos responsuros: Protestantes credendò veritatem pro ipsis stare; illorum sectis nostra principia, et contra Catholicos aptabunt. Id profectò scimus: sed addimus quod si hoc præstant, perperam omnino se gerent. Quid? Sufficitne credere veritatem stare pro Protestantibus, ut in suis erroribus perseverent, et Religio Catholica excludatur? Si credere se veritatem possidere sufficeret, opus esset omnes Idolâtras, qui Christianos persecuti sunt, omnesque Mahometanos, qui eosdem adhuc persequuntur, justifi-

cáre. Opus erit páriter fatéri , omnes Imperatores Romános , qui trium spátio sæculórum , tot míllia míllium Christiánorum trucidáru[n]t , laudabiliter se gessisse , pössito quod et ipsi étiam credébant veritátem pro ipsis stáre. Credébant útique : sed hæc ipsa credúlitas ipsos criminósos reddébat. Credébant útique : sed non debébant crédere : útpoté quia arguménta , quæ fidem Christiánam commendábant , adeóque idololátriam excludébant , erant ita perspícua , convincéntia , irrecusabilia , et pública ac solémnia , ut se ipsís sufficerent , ut hómines ratióne uti voléntes Christiánam Religió[n]em amplecteréntur , ac Idolórum vanitátem abjicerent , ac irridérent. Ex quo conséquitur , non sufficere Sectários crédere se veritátem possidére , ad cultum Cathólicum impediéndum , ac impugnándum , cum hæc ipsórum credúlitas , nullo , omnínò nullo ratió[n]abili innitáture fundaménto. Sicut ergo Imperatóres idolólatras per summum nefas in Christiános sæviisse , erúitur ex iis arguméntis , quæ útique demonstrant tum falsitátem Idololátriæ , tum Christianismi veritátem ; ita páriter intolerántia Protestántium circa Cathólicos injústa deprehénditur iis invectísissimis arguméntis , quibús tum fálitas Protestantismi , tum Catholicismi vérias demonstrátur. Præterquam quod Protestántes , si hanc Catholicismi intole-

rántiam aptássent ; præcipuum falsissimæ suæ Religió[n]is fundaméntum , spíritum scilicet privátum , evérterent : ac seipsos própriò cultrò jugulássent. (Ut ostensum est num. 217.)

220. Ex quibus ómnibus conficitur , óptimo jure Cathólicos expóscere à Sectáriis vel quibuscúmque infidélibus , ut cultum , ac Religió[n]em Cathólicam sinant públicè in suis Regnis vel Ditió[n]ibus profitéri ; et eódem jure Cathólicos in eórum Regnis vel Ditió[n]ibus in quibus úntas Religió[n]is floréscit , ut in Hispánia , libertátem cultus hæterodóxis denegáre.

221. Ex his ómnibus páriter , quæ in toto hoc cápite osténsa sunt , liquet : tum indifferentísmum in matéria Religió[n]is , tum circa hanc matériam libertátem cogitándi , seu liberum exámen esse prorsùs rejiciéndum , ac damnándum. Véritas quippe Cathólica ádeò firmíssimis innititur fundaméntis ; ádeò ipse Deus bráchio suæ poténtiæ inexpugnábilem réddidit , ut osténdunt Apologístæ pro dignitáte , nosque in Institutió[n]ibus Theológicis fusióri calámò , et in hoc Opúsculo summátim osténdimus ; ut cogámur dicere : Deum in matéria Religió[n]is vel nos voluisse decipere , quod máximam redoléret blasphemiam , vel è contrá , clamáre cum Régio Vate : *Testimónia tua , Dómine , credibilia facta sunt nimis.*

The first of these is the
 fact that the population
 has increased rapidly since
 the year 1850. This is
 due to a number of causes,
 the most important of which
 are the discovery of gold
 and silver in California,
 the opening of the Pacific
 coast to trade with the
 East, and the discovery of
 gold in the Sierra Nevada.
 The second cause is the
 discovery of gold in the
 Sierra Nevada, which has
 attracted a large number
 of people to California.
 The third cause is the
 opening of the Pacific
 coast to trade with the
 East, which has attracted
 a large number of people
 to California. The fourth
 cause is the discovery of
 gold in the Sierra Nevada,
 which has attracted a large
 number of people to California.
 The fifth cause is the
 opening of the Pacific
 coast to trade with the
 East, which has attracted
 a large number of people
 to California.

The first of these is the
 fact that the population
 has increased rapidly since
 the year 1850. This is
 due to a number of causes,
 the most important of which
 are the discovery of gold
 and silver in California,
 the opening of the Pacific
 coast to trade with the
 East, and the discovery of
 gold in the Sierra Nevada.
 The second cause is the
 discovery of gold in the
 Sierra Nevada, which has
 attracted a large number
 of people to California.
 The third cause is the
 opening of the Pacific
 coast to trade with the
 East, which has attracted
 a large number of people
 to California. The fourth
 cause is the discovery of
 gold in the Sierra Nevada,
 which has attracted a large
 number of people to California.
 The fifth cause is the
 opening of the Pacific
 coast to trade with the
 East, which has attracted
 a large number of people
 to California.

CAPUT XI.

DE MATRIMONIIS MIXTIS; ET ECCLÉSIAE FACULTATE IMPEDIMENTA MATRIMONIIS APPONENDI.

222. Matrimonia possunt nuncupari mixta, cum inter baptizatum, et non baptizatum, seu vice versa; et quando Catholicorum cum haereticis matrimonia celebrantur.

223. Illud in primis certum est: Ecclesiam priscis temporibus Christianorum cum Infidelibus matrimonia tolerasse; illius tamen mentem semper fuisse, ut Christiani à conjugio cum infidelibus abstinèrent. Nam ejusmodi matrimonia absolutè sunt illicita regulariter et communiter loquendo, etiam quacumque prohibitionè sublata; communiter quippe deformitatem ejusmodi conjugia produnt. Hinc est quod Deus *Deuteronom.* 7, Judæis prohibuit ne uxores ducerent infidèles: «quia seducet filium tuum, ne sequatur me, et ut magis seruiat Diis aliènis.» Rursus hoc idem repetit *1 Reg.*, cap. 2, ajens: «Certissimè evèrteat corda vestra, ut sequamini Deos aliènos.» Nimia enim familiaritas, quæ inter cónjuges intercédit, subversionis periculum communiter secum adfert, et damnum proli educandæ, infert.

224. Non tamen indè colligendum est jure naturali, ac divino irrita esse matrimonia baptizati cum non baptizata, vel vice versa. Id negat communis sententia, evincitque tum multis exemplis Sacrae Scripturae, tum etiam ratione. Nam si matrimonium inter Christianum, et infidèlem esset naturæ jure irritum, continuo ac infidèlis evaderet Christianus, matrimonium nullum fieret: quod quidem falsum est quam quod falsissimum. Prohibuit utique Deus Judæis ut cum infidelibus commiscerentur; imo *Esdrae*, c. 9 et 11, praecipitur, Judæos à conjugibus idololatris separari. Jussa est separatio ob peculiare subversionis periculum, et Judæorum ad Idololatriam pronitatem. Hinc tamen non sequitur, matrimonia fidelium cum infidelibus esse absolutè irrita, ac nulla existimanda.

225. Benedictus XIV Póntifex máximus, *lib. IV, de Synodo cap. 14, n.º 3*, postquam declarávit, matrimonium ab Hebræis in infidelitate contractum, et consummatum dissolvi per conversionem alterutrius ad fidem Christianam, renuente alterò cohabitare sinè contumélia

Creatóris; addit íntegrum non esse cónjugi convérso ad ália vota transíre, nisi prius infidélis ínterpellátus, aut recusáverit absolútè cum eo cohábítare, aut declaráverit se nolle cohábítare absque injúria Creatóris. Deíndè ínquirít Summus Póntifex, quíd agéndum, quándò áccidit cónjugem infidélem in longínquas abiisse regiónés, aut ita latítare, ut ínterpellári neqúeat. Narrat áliquos deféndere, ommissá ínterpellatióne, licítum esse cónjugi convérso transíre ad secúndas nuptías; álios verò docére, necesáriam esse in hoc rerum státu summi Pontíficis dispensatióne. Atque, ínquit, huic posterióri « sentétiæ in quádam «cáusa Florentína, discússa 17 Januárii 1722, adhæsít sacra Congregatió «Concilli; cujus iudicio nos ómnia sub- «jécimus ratiónum moménta, quæ à dis- «sidentibus ínter se Doctóribus in utrám- «que partem afferúntur; ut légere est «Tom. II *Thesaur. resol. pag. 117 et «seqq.*»

226. Álteram quæstióne propónit *ibidem, n. 4*, Póntifex summus, quam íntegram hic transcribere juvat. «Sed «ália hinc óritur controversia de témpo- «ris moménto, quo rescindátur fædus «connúbii de quo est sermo. Plerique «Doctóres séntiunt, ínterpelláto cónjuge «infidéli, eóque aut exprésse abnuénte «legítimè cohábítare cum fidéli, aut ín- «tra términum, sibi in ínterpellatióne «præfixum, nihil respondénte, dissolú- «tum státim censéri vínculum cónjúgii, «quo erant ambo constricti. Álii arbi- «trántur, tunc primum dírimi, cùm con- «jux convérso álteras nuptías cóntra- «hit. Ab istíus áutem controversiæ de- «cisiónè, altérius pendet enodatió dif- «ficultátis, de qua non semel contíngit «in ecclesiásticis foris disputári. Fíngite «Títium Hebræum christiánam fidem

«amplécti: póstquam fuit baptísmate «ablútus, uxórem suam Næviam, quam «in Judaísmo pertinácem reliquit, ínter- «péllat, an velit secum cohábítare sinè «Creatóris contumélia. Nævía aut ex- «préssè rénuat, aut íntra præfínitum si- «bi témporis intervállum nihil respón- «deat: áliud deíndè matrimónium cum «hebræo viro cóntrahat Nævía; Títius «áutem christiánus, cælibem státum éli- «gat. Fíngite rursùs, póst áliquot an- «nos, Næviam cum suo secúndo viro ad «christiánam fidem convérte, colénte «adhuc Titiò cælibem státum. Gravis «státim excitátur quæstio, an Nævía «redíre débeat ad Títium suum primum «virum, an pótiùs permanére cum se- «cúndo. Hujus áutem quæstiónis decisio «ab ália pendet, quam ántea proponébá- «mus: étenim si matrimónium Títii «cum Nævía recíssum fuit, státim ac «Nævía ínterpelláta rénuat cum Titiò le- «gítimè cohábítare, uti opinántur Doc- «tóres primæ sentétiæ, válidè profectó «pótuit éadem Nævía álteri se copuláre «viro, cum quo proptérea perseveráre «debet, étiam cum ambo Christianórum «sacris initiáti sunt. At si matrimónium «in infidelitáte contráctum, tunc solúm «dissólvitur quándò conjux convérso «áliud cónjúgium ínit, uti existimant «Doctóres secúndæ sentétiæ; cum Ti- «tius, in casu, áliam non dúxerit uxórem, «illegítimum certè fuit novum Matrimó- «nium à Nævía, nondùm à prióre vínculo «solúta, contráctum; atque idéircò, cùm «christiánam fidem ampléctitur, tenétur «ad primum virum redíre. Verùm cùm «res contígerit Florentiæ annò 1726, «et de ea disceptarétur in Congregatió- «ne Concilli. Nos pro nostro, quod tunc «gerébámus, Secretárii múnere, disser- «tatióne elucubrávimus, qua luculén- «ter osténdimus, ex enuntiátiis sentétiis

«posteriorem esse tam inter antiquos, quam inter recentiores Theologos ac «Canonistas, ferè communiter receptam: ex quo conclusimus, virum hæbræum, de quo res erat, quique cum «secunda uxore, quam, juxta præmonstratum casum duxerat, baptismum petebat, post illum susceptum teneri redire ad primam, jampridem Christianam factam, et adhuc perseverantem «innuptam: et sacra Congregatio ne latum quidem unguem à nostra sententia recessit, eoque libentius eam est «complexata, quòd, Nobis pariter suggerentibus, compèrerit, ita consentientibus Theologis, in consilium adhibitis, «fuisse ab eadem definitum annò 1679 «et 1680 in simili casu qui Florentiæ «quoque evenerat: quæ omnia legènda «sunt in *Theaur. resol. Tom. III, pag. 346 et 352, et seqq.*

227. «Alter ejusdem causæ articulus, «sacra Congregationis discussioni tunc «quoque propòsitus, indecisus remansit: «quærebatur itidem, an saltem jus esset «summo Pontifici, primum matrimonium «in infidelitate contractum, et consummatum, suprèma suâ auctoritate relaxandi, veniamque concedendi conjugii tardius ad fidem converso, ut in «prædictis rerum circumstantiis, posset «cum secunda uxore permanere. Opportuna etiam de hac, longè utique graviori, quæstione, fuit à nobis exarata «dissertatio, quæ extat *Tom. IV cit. «Theaur., resol. pag. 30 et seqq.* in «qua plurimos allegavimus Doctores, «hanc potestatem. Pontifici asserentes, «simulque contendentes, eam reipsa «exercuisse S. Pium V et Gregorium XIII, «sicut in citata dissertatione fusè habetur. Sed sacra Congregatio satius duxit «à ferènda sententia, se abstinere: quoniam etiam datâ Pontifici potestate res-

«cindendi prius vinculum conjugii in infidelitate contracti, nihilominus, quòd, «Nos sacra Congregationi insinuare non «prætermisimus, merito dubitabatur, «num eæ adessent gravissimæ causæ, «quæ necessariæ sunt, ut per Apostolicam dispensationem dirimatur.»

228. Omnes Theologi, et Canonistæ conveniunt in asserendo, matrimonium baptizati cum non baptizato, esse jure ecclesiastico irritum. Idque evincitur ex usu, et consuetudine immemorabili Ecclesiæ, à Summis Pontificibus approbata, et hoc nititur ipso naturali divinoque jure, ut supra indicatum est. Vetat quippe matrimonium istud, subversionis periculum. Accedit quod baptizatus tenetur infra matrimonium ut Sacramentum. Conjux autem non baptizatus, nullus sine baptismo Sacramenti capax est. Quare si fidelis catechumenam nondum baptizatam duceret, matrimonium irritum foret: eo quia cum baptismus sit janua Sacramentorum, non potest antequam illum suscipiat, matrimonii sacramentum celebrare.

229. Matrimonia verò cum hæreticis contracta vâlda sunt. Nihil quippe eis deest eorum, quæ ad verum matrimonium, si servetur id quod præscribit Ecclesiæ, et ad matrimonii validitatem, spectant. Neque etiam est, ulla lex divina, vel Ecclesiastica tale matrimonium irritans; quin potius, *Cap. Decrevit, tit. de Hæreticis*, supponitur esse validum.

230. Rationes, quæ Ecclesiam moverunt ad ejusmodi matrimonia non irritanda, sicut irritavit ea, quæ fideles contraherent cum infidelibus non baptizatis, possunt inter alias, sequentes assignari. Prima: quia hæreticus baptizatus, propter Baptismum inter Christianos computatur. Secunda: quia uterque

contrahéntium cónvenit in Sacraménto fidei, id est baptismo, proindéque utérque subest iudicio, ac iurisdictioni Ecclésiæ. Imò propriè non adest inter eos cultus dispáritas quántum ad professionem Christianismi; et quámvis alter eórum sit à fide dévius, quia tamen et ille fidem professus est in baptísmate, non est solútus ab obligatióne eam profiténdi. Tértia tandem: quia ex generáli irritatióne matrimónii fidélis cum hæretica, vel hæretico, magna, vel multa sequeréntur incómmoda; ex eo quod hæresis cum sæpe láteat, fieret, ut post annos étiam plúrimos separári debérent, et proles illegítima declaránda, uno eórum, quod fúerit, ac sit hæreticus, deprehénso. Fieri quoque posset, quod improbi válidè in matrimónio conjúcti, ad alias nuptias transirent mentiéntes se esse, ac fuisse hæreticos, quándo matrimónium contraxére.

231. Extra omnem dubitatiónis áleam repósitum esse debet, matrimónia fidélium cum hæreticis esse grávitèr illicita. Absolutè et generáliter prohibéntur iure Ecclesiástico in Concilio Chalcedonénsi, *Can. 14*, quo prohibétur, ne persóna Cathólica matrimónio jungátur hæreticæ, nisi hæc ad Orthodóxam fidem se converténdam spóndeat. Et ántea in Laodicéno, *Can. 10*, et *c. 31*, ubi statúitur: «Non opórtet cum ómnibus hæreticis miscére connúbia, et vel filios, «vel filias dare, sed pótiùs accípere, si «tamen profiteántur, Christianos se futúros esse Cathólicos.»

232. Ex quibus méritò infératur, matrimónia catholicórum cum hæreticis absolutè spectáta, solo iure Ecclesiástico esse prohibita, ac proindè posse per Summum Pontíficem, ex justa, ac rationábili cáusa in hoc dispensári; cáusa áutem justa, ac rationábilis esse potest

præcipuè spes conversiõnis, et Cathólicæ fidei utilitas. His moti Clemens VIII, Bariénsi Duci annò 1603, facultátem fecit ducéndi in matrimónium Catharinam sorórem Henrici IV, Gallórum Regis hæreticam, quia ipsa Catharina promiserat, se post obténtam dispensatiónem, cathólicam Religiónem professúram. Et Urbánus VIII, annò 1625, dispensávit cum Henricia Ludóvici XIII, Gállia Regis germána soróre, ut núberec cum Cárolo Anglórum Rege hæretico, sperans fore, ut matrimónii illius beneficio, Cathólici in Ánglia majóri libertáte, ac quiete frueréntur. Quámvis ántem póstea res áliter evénerit; justa tamen et prudens fuit dispensatió.

233. Condições sub quibus conjúgium cathólici cum hæretica à Pontífice permittúntur, sunt sequéntes: Prima: ut pars hæretica scrípto, ac juraménto coram téstibus spóndeat, se permissúram, ut pars cathólica Religiónem suam libère exerceat, prolemque omnem in ea instituat. Secúnda: ut pars cathólica, eodem modo promittat, se hoc præstitúram, ut compártis conversiõnem procúret. Tértia: ut tali matrimónio Párochus, vel Delegátus non assistat in loco sacro; nec álqua sacra veste indútus; omissis étiam præcibùs quibuscúmque; omni item benedictiõne omíssa.

234. Tales *conditiões* ádeò necessáriæ sunt, ait Cl. Scavini, ut gravissimè peccáti reus censéndus esset in ómnium senténtia, qui absque iis, mixtas nuptias præsentia sua cohonestáret. Hic enim præter scándalum gravissimum, violáret Cánones Ecclésiæ in re páriter gravissima; cooperarétur peccáto aliórum item gravissimo, et sacrilegum conjúgium factò suò apértè approbáret.

235. Sed fórsitan quispiam interrogábit: pollet ne Ecclésia potestáte ap-

ponéndi matrimónio impediménta sive impediménta, sive diriménta? Ita certissimè: pro cujus enodatióne, prælibare oportet: matrimónii impediménta, ália esse lege naturæ statúta, ália lege positíva divína, præfixa. Hinc matrimónium patris cum filia, vel filii cum matre, et secúndum quosdam étiam fratris cum soróre, sive ex eódem, sive ex diverso matrimónio nati sint, quámvis hoc aliquándo, necessitate sic urgente, permissum sit ad multiplicándum, vel humanum genus, vel Dei pópulum; lege naturæ impeditur. Id quod confirmat in similia matrimónia generális ómnium Natiónum, quantúmvis barbarárum horror; et quod clarum prodit indicium, quod natura eis repúgnet, támquam honestati naturáli hujúsmodi matrimónia adversántia. Quáre S. Ambrósius, *epist.* 66, *ad Paternum*, ait: Quòd ne pater filiam suam accipiat uxórem, *interdictum est jure naturæ, inte. dictum lege, quæ est in còrdibus singulórum*. Et S. Augustinus, *lib. 15 de Civitate Dei, c. 16*, scribit: matrimónia inter fratres, et soróres, quæ primis tempóribus necessitas réddidit licita, ádeo abominabilia procedente témpore evasísse, ac si núnquam licita fuísset; inquit enim: «Cùm soróres accipere in matrimónium, primis humani géneris tempóribus, omnínò licúerit; sic aversámur, quási «núnquam licére potúerit.»

236. In áliis áutem grádibus remotióribus prohibita legúntur à Deo positivo jure matrimónia, ut *Levitici, c. 18*. Verùm apud Christiános adulterióres étiam gradus exténsa fuit prohibitio lege humana, sive ecclesiástica, sive étiam imperiáli. Cùm enim Christiána Religio non generatióne, ut Judáica ex uno pópulo, sed fide ex ómnibus géntibus sit multiplicánda; Pátribus visum fuit,

étiam ad gradus remotióres, matrimóniorum prohibitiónem exténdere: de quo legéndus est D. Augustinus, *lib. 15 de Civitate Dei, cap. 16*.

237. Acathólici modérni impediménta matrimónii, ad solos gradus in Levítico contentos restringunt, Ecclesiæ denegántes auctoritatem, nova saltem impediménta diriméntia introducéndi.

Ita Luthérus *De Capt. Babilónica, de Matrim.*, et Calvinus *lib. 4 Institut., cap. 19, §. 37*, quorum errórem gregárii sequúntur, contendentes ea tantum impediménta pro matrimónio esse admitténda, quæ naturáli, aut divíno jure statúta sunt. Hos tamen damnávit Tridentína Synodus, *Sess. 44, Can. 4*: «Si quis dixerit, Ecclesiám non potúisse constituere impediménta matrimónium diriméntia, vel in iis constituéndis errásse; anáthema sit.»

Et re quidem verà: ex antiquíssima Ecclesiæ praxi constat, quod pro diversis tempóribus, et circumstántiis, diversa státuit impediménta: id quod per singula sæcula percurréndò præstábitur. Tribús prióribus sæculis, Ecclesiám quædam statuísse matrimónii impediménta, colligitur primo, ex *Can. 2 Concilii Neocæsariénsis, annò 314*, ubi státuitur quod «Múlier si duóbus fratribus núpserit, abjiciátur usque ad mortem; verúmtamen in éxitu, si promísset, quod ubi conváluerit, solvet «matrimónium propter humanitatem «pœniténtiam habébit.» Nec dicátur, hoc fuisse prohibitum in Levítico, *cap. 18*. Nam cùm Concilium Levítico non meminerit, signum est, vi illius hoc non vetúisse. De eo qui dúxerit duas soróres dicit S. Basilius, in *Epist. ad Amphilóchium*: «Id neque conjúgiám esse censéndum, neque talem ad «Ecclesiásticum cætum admitténdum,

«priusquam à se invicem dirimantur.» Et tamen in Levítico, v. 18, non prohibetur, nisi sorore vivente. Et in *Epist. ad Diodorum* de viduo, qui sororem mortuæ suæ conjugis duxerat, dicit: «Morem nostrum vim objicere possumus, ut vim legis habentem, eo quod nobis à viris sanctis traditæ sunt regulæ.» Quia verò opponebatur hoc in Levítico non prohiberi, respondet: «Ad hoc primum quidem dicam, quæcumque lex dicit, iis, qui in lege sunt dicere, alioquin sic et circumcisiõni, et sabbato, et abstinentiæ ciborum subjiciemur.» Sicut ergo in iis, quæ gravia sunt, legem non sequimur, ita nec legem sequi debemus in iis, quæ voluptati indulgent. Item Siricius Papa, in *Epistola ad Himericum Tarraconensem* de nonnullis Monachis nuptias ambiẽtibus, dicit: «Quod et publicæ leges, et Ecclesiasticæ jura condẽnant.» Et *ibi.*, c. 4, de impedimento publicæ honestatis tamquam à primatibus Ecclesiæ, statuto: «Hoc ne fiat (*inquit de muliere jam desponsata*) omni modo inhibemus (*non quia politicæ leges id vetent*) sed quia illa benedictio, quam Sacerdos nuptiæræ imponit, apud fideles cujusdam sacrilégiĩ instar est, si ulla transgressiõne violetur.»

238. Quinto pariter et sexto sæculo tale jus in Ecclesia fuisse, constat primo ex Synodo, quæ habita est in Hybèrnia sub Sto. Patricio, annò 450, *Can.* 17, ubi irritum fit matrimonium cum virgine consecrata. Secundo, ex Synodo Aurelianensi I, annò 511, Clodovæo Francorum Rege; ubi, *Can.* 13, Viduæ Præbyteri, aut Diaconi sub pœna excommunicatiõnis secundæ nuptiæ interdiciuntur: et ex Synodo Aurelianensi II, annò 533, *Can.* 17, ubi fœminæ quæ benedictiõnem Diaconatus susce-

pere: *Si ad Conjugium probentur iterum devolute*, à communiõne pelluntur; nec restituntur, nisi prius talia conjugia dissolvantur. De iis duobus impedimentis nihil in Levítico, nec in legibus Principum statutum legimus.

239. Sèptimò, octavò, et nonò sæculo, nẽmine contradicente, Ecclesia præscripsit leges, quibus nuptiæ quædam illicitæ forent, et nullæ. Id fecit ineunte sæculò sèptimò Gregorius Magnus respons ad sextam quæstiõnem Augustini Anglorum Episcopi, ubi nuptias in primo, et sæcundo consanguinitatis gradu irritas declaravit, in tertio autem et quarto Anglis ad fidem conversis permisit, tamquam licitas, ac decentes. Id fecit sæculò octavò Zacharias Papa in Synodo Romæ habita Romæ, annò 747, ubi revocata fuit indulgentia Germaniis recens ad fidem conversis, à Gregorio II, concessa nubendi post quartum gradum: idque petentibus Archiepiscopis, ac Reginibus, ut noscerent quænam hac in re essent apostolica præcepta. Agnoscebant igitur etiam Reges, hoc determinare Ecclesiastici juris esse. Id fecit nonò sæculò Nicolæus I, qui in responsis ad Búlgaros id quærentes, c. 36, præscripsit, quibus in gradibus consanguinitatis valerent inita matrimonia, in quibus verò non valerent. Si ergo in præfatis consulèbant in hac matéria, non Reges, aut Principes, sed Romanos Pontifices, et Ecclesiã; evidens est agnovisse populos, hoc jus penes Ecclesiã, non penes Principes residere.

240. Eodem jure sæculò decimò usi fuerunt. Tum orientales Episcopi, qui in Concilio præsentè, et consentiente Constantinò Imperatore nato ex quartis nuptiis Leonis Imperatoris, declaraverunt, deinceps quartas nuptias nullas

fore. Tum Gregorius V, qui in Concilio Romæ coacto Robértum Francórum Regem, qui Bertham Odónis Cómitis filiam consanguineam suam dúxerat in matrimónium, sub anathématis pœna Bertham jussit dimittere, iníta septem annórum pœniténtia. Deíndè Erchembáldum Turonénsem Archiepiscopum, cum ómnibus Episcopis, qui præfátis incæstuósis nuptiis Robérti cum Bertha consentiéntes interfuerunt, à sacrosáncta communióne suspéndit, donec ad Sedem Apostólicam venírent satisfactúri. Solútum ergo fuit illud matrimónium, non vi legum imperiálum, quibus Rex Robértus non súberrat, sed vi Ecclesiasticórum Cánonum, contra quos Robértus suas inferat nuptias.

241. Supersedémus ab in médium adducéndis Romanórum Pontíficem succedéntium sæculórum decretis, ut Alexandri II, *Epist. 38 ad Episcopos etc.* Italiæ, confirmántis sub pœna nullitátis, prohibitióne multis jam sæculis sancítam nubéndi infra séptimum consanguinitátis gradum. Innocéntii III, in Concilio Lateranénsi IV, eam prohibitióne ad solum quártum gradum coarctántis. Et Gregórii IX, cujus auctoritáte promulgatæ fuérunt decretáles, quibús jus præscribéndi leges matrimónia irritántes, Ecclésiæ vindicántur. Ab his citándis, inquit, supersedémus: quia Heterodóxi hoc non inficiántur, sed effútiunt, Romános Pontífices tyránnicè sibi hoc jus usurpasse, ideóque illi standum non esse, sed tantum juri divíno in Levítico promulgáto. Ex quo Luthérus hanc intulit conclusiónem: «Debent Sacerdótes ea ómnia matrimónia confirmáre, quæ contra Ecclesiásticas, vel Pontificias leges fuérunt contrácta, in quibus Papa dispénsat, et quæ non sunt in Sacra Scriptúra

«expressa.» Hanc tamen Luthéri audáciam insánam compréssit Tridentinum, *Sess. 24, Can. 3*, his verbis: «Si quis «dixerit, eos tantum consanguinitátis, «et affinitátis gradus, qui Levítico exprímuntur, posse impedire matrimónium contrahéndum, et dirímere contráctum, nec posse Ecclésiám in nonnullis eórum dispensáre, aut constítuere ut plures impédiant, aut dirímant; anáthema sit.»

242. Hic tamen vólumus ut prudens Lector monstruósam Luthéri cæcitatém animadvértat. His enim ex una parte conténdit Christiánum ab unívérsa Lege Mosáica esse absolutum, dum *Serm. de Moyse* inquit: «Mallem núquam concionári, quam áliquid ex Moyse propónere: allegáre Moysen est Christum ex córdibus hóminum auferre. Moysen non admitto: quia si eum in uno articulo recipio, recipere étiam oportébit in ómnibus cæremóniis judáicis. Nólumus admittere Moysen, quia mórtuus est, et régimen ejus finítum, stúlti «patiúntur se indúci in Moysen; sicut «porei in stábulum: Moysen non pertinet, nisi ad Judæos, non ad Christiános, non ad Gentiles. Nullus ergo «apex, aut punctus ad nos pertinet etc.» Et infra: «Ex textu clarè patet, quod «étiam decem præcépta ad nos non pertinent; non enim nos, sed solum Judæos Dóminus ex Ægypto edúxit.» Quæ répetit in *cap. 20 Exodi, et álibi*. Ex ália áutem parte idem Luthérus, qui Moysen ábjicit, qui nec ápicem, nec punctum legis Mosáicæ, imó nec Decálogum, dicit ad nos pertinere; dum ágitur de matrimónio, vult, iis solis grádibus étiam à Christiánis stándum esse, qui in Levítico non prohibéntur. Sed nonne Leviticus étiam à Moyse est? Non áliud imaginári póssumus, nisi

Luthéro placere Moysen, et ab eo admitti in Levitico, quia ibi in matrimonio plus indulget, quam Ecclesia: displicere autem in lege, quia graviora praecipit, et onerosa, quae hujus Pseudo-reformatoris genio non sese accommodant.

243. Neque obicere queunt Adversarii, Ecclesiam id antiquitus fecisse non jure proprio, sed sola concessione, vel tolerantia Principum, quod jus procedente tempore adeo sibi arrogavit Ecclesia, ut vix Principes usurpato juri contradicere potuerint.

244. Non primum: alias, proferatur documentum indicans quando, et sub quo Imperatore caeperit hoc jus statuendi impedimenta, Ecclesiae concedi. Deinde si Ecclesia id juris habuisset ex sola Principum indulgentia, Principes, ut intra gradus prohibitas nuptias celebrarent, nusquam latis ab Ecclesia Canonibus sese subiecissent, ut revera sese subiecerunt: ita ut inviti separationem passi sint, quoties absque Ecclesiae dispensatione nupsérunt contra Ecclesiae regulas, ut superius in Roberto Francorum Rege ostensum est. Quis autem credat, eos aut ab Ecclesia veniam petituros, aut solutionem ab ea fieri passuros, si Ecclesia alio jure non potiretur, quam eo, quod ipsi Ecclesiae concessissent?

245. Nec secundum taliter dici potest. Qua enim ratione fieri potuisset, ut in eam usurpationem simul, ex semel concenserint omnes Christiani Orbis Principes, suae jurisdictionis caeteroquin adtenti vigilantisque custodes? Certè jus istud non potuit elanculum ab Ecclesia sibi arrogari: conscribendi fuerunt Canones, iique promulgandi, concedendae dispensationes, quibus nuptiarum prohibitarum fieret indulgentia.

Qua quaesumus ratione fieri valuit, ut de publica illa invasione nullus Christianorum Principum conquestus sit? Quis credat, omnes ad unum silere potuisse in re, quae tanti eorum intererat? Quis in animum sibi inducat, nullum Magistratum saecularem in eam usurpationem insurrexisse, cum alioquin iis temporibus de investituris, pluribusque aliis causis Principes inter, et Ecclesiam disceptatum sit?

246. Nec refert ex Scriptura expressè non constare Christum, Ecclesiae potestatem in matrimonium contulisse; constat namque ei dedisse potestatem non solum absolvendi, aut retinendi, verum etiam condendi leges ut viderit majori bono fidelium expedire, ita ut qui eam non audierit, habendus sit tamquam Ethnicus, et Publicanus, maxime quoad ea, quae administrationem sacramentorum concernunt. Cum autem matrimonium Sacramentum sit, et christianae Reipublicae multum ferat utilitatis, si debite, et damni, si indubite contrahatur, ideo Ecclesiae legibus illud subjicit quantum ad personas, inter quas sit contrahendum.

247. Nec obest Deum in Levitico, cap. 18, determinasse, inter quas personas contrahi, vel non contrahi deberet matrimonium. Nam illa determinatio, utpotè facta pro Hebraeis, locum non habet in Evangelio, nisi in iis gradibus, intra quos nuptiarum celebrationem lex naturalis ante Moysen eas vetuerat; ubi enim promulgatum fuit Evangelium, praeccepta caeremonialia veteris Testamenti sunt abrogata. Ex hucusque dictis liquet, Ecclesiam potestate gaudere apponendi matrimonii impedimenta, tum impediencia, ut ajunt, tum dirimentia.

CAPUT XII.

DE DOMÍNIO TEMPORÁLI PAPÆ.

248. Tot tantæque, ac tanti pón-
deris sunt hujúscæ caliginósi sæculi aber-
rationes ; ut eas pótius cálamó amarí-
simis intíncto láchrymis , quam attra-
ménto, reféllere nobis visum sit consen-
táneum. *Ecce inimíci tui sonuérunt*,
cógimur dicere cum Régio Vate, «*Ecce*
inimíci tui sonuérunt, et qui odérunt
te extulérunt caput. Super pópulum
tuum malignavérunt consílium : et co-
egitavérunt advérsus sanctos tuos. Di-
xérunt : Veníte et disperdámus eos de
gente : et non memorétur nomen Is-
rael ultra... qui dixerunt : Hæreditáte
possideámus Sanctuárium Dei. » Et
re quidem vera. Qui Deum odérunt,
sonuérunt clássicum, et non ferénda
impudéntia extulérunt caput. Caput,
inquimus, extulérunt advérsus Dei sa-
crosáctam Legem : caput extulérunt
advérsus Dógmata, ac Mystéria ejus
almæ Religiónis : caput extulérunt ad-
vérsus Templá Divinitáti dicáta ; illa,
eorúmque Mínistros pro víribus spolián-
tes : caput tandem extulérunt advérsus
suprémum Hierárcam, advérsus Jesu
Christi Vicárium, ipsum é suo Sólío, et
Domínio temporáli, quò pro bono ac

conservatióne Ecclesiæ investitus est,
conántes deturbáre, et ex consequéti,
Sanctuárium Dei hæreditáte possidére.

249. Dum de Domínio temporáli Pa-
pæ loqui aggrédimur, ipsúmque pro ví-
ribus propugnáre, ne terga advérsáriis
dare videámur, non sumus ádeò imbecil-
les, ut ipsum inter Fidei Dógmata re-
pónere satagámus. Sat superque in hac
re, Summus Póntifex Pius IX quem
Deus diu sóspitem servet, locútus est.
Sed cum ipso et cum Univérsa Ecclesiá
sustinémus, hocce domínium temporále,
quod ádeò immáni ódio persecúntur ad-
vérsárii, esse munus quoddam providen-
tiále, quod Deus legítimo Successóri Pe-
tri elargitus est, pro totíus Ecclesiæ,
atténtis præsentibùs circumstántiis, et
de jure, seu providéntia ordinária, con-
servatióne ac emoluméto, et ut par est,
ut oves sibi concréditas, sublátis impe-
dimentis, in officio continéret. Undé per
summam omnis juris et æquitátis viola-
tióne, ossóres domínii temporális Pa-
pæ, advérsus illud inflátis buccis conclá-
mant. Ipsos provocámus ut osténdant,
vel hocce Domínium temporále esse á
Summis Pontificibus usurpátum, adeóque

injustitiæ vitio laborare; vel pósito quod justum sit, Ecclesiæ bono adversari. Nétrum profectò conficere poterunt malignantes hujusce Domínii temporális impugnatóres.

250. Non primum: nam si Históriam sanioris críticas régulis innixam, ánimo præjudiciis vácuo perscrutémus, appáret: Sub império Leónis Isáurici, et durante Pontificátu Gregórii II, Romános, aliósq;e Itáliæ pópulos, qui Império subjacébant, cæpisse excúttere jugum pristinæ subjectionis, sibi próprios Duces, Cápita, et Gubernatóres eligendó. Tale áutem onus Romæ, et in suo Ducátu, ab illo tẽpore penès Románum Pontíficem éxtitit. Ex história páriter constat, quod priúsq;am Rex Pipínus exércitum mitteret in Itáliam contra Longobárdos, Pontífices Románi, ad minus ut Reipúblicæ Cápita, executos fuisse áliquos actus Majestáti próprios, qui quidem indícia non contemnenda sunt veræ suprémæ Potestátis. Íterum Pópuli Cathólici insurgentes advérsus Imperatóres Iconoclástas, eisq;e obediéntiam denegantes, fórtius habuere mótivum, quam habuerint illi, qui advérsus Imperatóres Gentíles, aliósq;e Principes hæreticos insurrexere. Omnes Cathólici sive Orientáles, sive Occidentáles, sæculis octávó, et nonó in eádem perstitérunt senténtia et unánimiter approbatióne dignum judicárun, súbditos étiam vi armórum, Cathólicam Religiónem à violéntia et insúltibus hæreticórum Imperatórum vindicáre.

251. Románi, aliq;ue Itáliæ Pópuli, qui sese à Græcis Imperatóribus desértos conspexere, justa de cáusa cogitárun, sibiq;e sub auspiciis Románi Pontíficis providérunt média, quib; ad própriam defensionem uteréntur, et ejúsdem ope implorárun, simulq;e assecúti sunt au-

xilium Francórum, qui justo título, Successóri Principis Apostolórum, Provincias, quæ ántea Império subjacébant, perpétuis donárun tempóribus. Undé donatióni Regis Pipíni aptári potest título nedum donatiónis, verum étiam justæ restitutiónis.

252. Post annum 754 usque ad annum 800, nec apud Græcos Imperatóres, nec apud Gallórum Regem, nec apud pópulum Senatúmque Románum, sed dumtaxat penès Romános Pontífices invéntum fuit, nedum útile, verum étiam altum supremúmque Romæ domínium.

253. Ex história tandem osténditur, nec Cároolum Magnum ad dignitatem Imperiálem sublimátum, nec álios Imperatóres è sua stírpe descendentes; altum supremúmque domínium Romæ, Statúsque Ecclesiástici retinúisse.

254. Hæc, ex história prælibásse, sat supérque nobis visum est, nam si lentióri gressu ipsam percúrrere in ánimum nostrum inducerémus, in imménsum hoc Caput excreóeret. Qui desíderant ex ipsa abundantióri perfúndi lúmíne, ipsam attentè percúrrant; et non poterunt non fatéri nobiscum, Domínium temporále Papæ, antiquissimo, ac incontrovertibili jure fulcéri.

255. Hinc ab initío quinti sæculi S. Póntifex Innocéntius I, Romæ conquirit hæreticos, et adinvéntus, eos hocce domínio utens, in exilium relegávit. De Sancto Gelásio Papa scribit históricus Anastásius: «Hujus tempóribus invénti «sunt Manichæi in Urbe Roma, quos exilio deportári præcepit... Hic liberávit «à periculo, et fame civitatem Romæ- «nam.» Hujus imitátor fuit S. Papa Symmacus, ut refert idem Anastásius «his verbis: «Post hæc ómnia, Beátus «Symmacus invénit Manichæos in Urbe «Roma, quorum ómnia simulácra, vel

«códices ante fores basilicæ Constanti-
«niánæ incéndio concremávit, et eos ipsos
«exílio relegávit.»

256. Sub finem sexti sæculi occurrít Summus Póntifex Gregórius Magnus ingénió, eruditióné, et humilitáte perillústris, qui è suo Sólío Pontificio, suis consiliis, et império, univérsam pœne Itáliam regébat. Hujus præclaríssimi Pontificis extat quædam epístola (*lib. 1, ep. 3.*) ad Velócem militum Ducem dirécta, in qua eum monet, jam ad ipsum transmississe oportúnum auxiliúm militum, eidémque páriter injúngit, ut Regem Ariúlfum insequátur, pósito quod hic osténdat velle Románam Provinciám oppugnáre. Hujúscé tanti Pontificis verba hæc sunt: «Nunc verò útile est visum, «ut aliquánti illuc milites transmittántur: quos glória tua, ut paráti sint ad «labórem, stúdeat. Et occasióne invénta «cúm gloriósis filiis nostris Maurilio, et «Vitaliáno lóquere, et quæcúmque vobis, «Deò adjutóre pro utilitáte Reipúblicæ «statúerint, fácite. Et si huc vel ad Ra- «vennátes partes, nec dicéndum Ariúl- «phum cognovéritis excúrrere, vos à «dorso ejus ita, sicut viros decet fortes, «laboráte: quátenus opínió vestra ex «labóris vestri qualitáte ámplius in Re- «pública, Deò auxiliánte, proficiat.» Áltera reperítur Epístola ad Maurilium, et Vitaliánum, supra memorátos, dirécta, in qua páriter ordinat Laudátus Póntifex, Regem persequi Longobardórum, pósito quod castra móveat contra Romam. Áltera páriter occurrít epístola ad Genárum, Cállari Episcopum, in qua ipsum hortátur ad vigilánter operándum advérsus Sardíniæ expugnatóres. Ipsum cónscium reddit, Se jam mississe ad Agilumphum Abbátem quemdam, ad cum ipso de pace agéndum: et interim laudáto Episcopo præcipit, pro custódia

mæniórum civitátis vigiláre. Missis áliis ejúsdem S. Pontificis epístolis ad rem de qua ágimus spectántibus, juvat transcribere epístolam húmilis Pontificis ad Magistrátum Plebémque de Nepi diréctam, in qua ipsos certióres reddit, se quémdam Leóntium mittere ut illus Civitátis Gubernatórem, ac inobediétes minátur in suam indignatiónem incur súros. Verba númerum sat laudánda Pontificis hæc sunt: «Leóntio viro claríssimo præsentium portitóri curam, «sollicitudinémque civitátis injúnximus, «ut in cunctis invígilans, quæ ad utilitátem vestram vel Reipúblicæ pertinére «dignóscet, ipse dispónat. Ideóque dilectiónem vestrá scriptis præsentibus «admonémus, quátenus ei exhibére obediénciam in ómnibus debeátis, nec quicquam vestrúm eum pro vestra utilitáte «tractántem existimet contemnéndum: «quia quisquis incóngruè ordinatióni «ejus restiterit, nostræ resultáre dispositiáni cognoscétur. Quicúmque verò «in iis, quæ suprâ retúlimus, audierit, «Nos áudiet. Si quis áutem, quod non «credimus, eum post hanc admonitióncem nostram contemnéndum putáverit, «ad suum proculdúbio sciat pertinére «perículum.» De D. Gregório Magno, hæc, quæ retúlimus, sufficiant pro præsénti.

257. Circa medietátem sæculi VIII célebrem reperimus donatiónem Exercitús Ravennátis, à Pipínió factam Papæ Stéphanó ejúsque Successóribus. Hanc donatiónem attestátur Anastásius bibliotecárius, quam peritíssimi inter peritos hujúscés sæculi críticos non valuérunt denegáre: «Donatiónem (*scripsit* «Anastásius) in scriptis à B. Petro, at- «que à S. Romána Ecclesiá, vel ómnibus in perpétuum Pontificibus Apostólicæ Sedis misit (*Pipínius*) possidén-

«dam, et quæ usque hæctenus in archi-
«vio sanctæ nostræ Ecclesiæ recôndita
«tenetur.» S. Gregorius III, ut domînio
temporâli gâudens, propriis sumpribus,
mænia dirûta Romæ, iterum erexit :
Pâriter, (teste eodem Anastasio) cùm
Români adversum Regem Luitprandum
bellarent, S. Pôntifex Zaccarias illum
indûxit ad restituendum quâtuor civitâ-
tes Români Ducatus, et insuper aliqua
Ecclesiæ Românæ patrimonia.

258. Tandem ne in hocce negôtio
testes adducere velimus minimè profec-
tò necessarios, legantur attentè episto-
læ Adriani Papæ ad Cârolum Magnum
directa (Concil. Mansi, tom. 12, col.
820), in qua hæc continéntur ; «Tempo-
«ribus Beati Sylvêstri, Români Pontifi-
«cis, à Sanctæ recordationis piissimò
«Constantinò Magnò, Imperatøre, per
«ejus largitatem sancta Dei catholica, et
«apostolica Româna Ecclesia elevata at-
«que exaltata est, et potestatem in his
«Hespèriæ partibus largiri dignatus est.»
Et inferius, Col. 821 : «sed et cuncta
«alia, quæ per diversos Imperatôres,
«Patricios etiam, et alios Deum timen-
«tes, pro eorum animæ mercède, et vé-
«nia delictorum, in partibus Tusciæ,
«Spolèto, seu Benavento, atque Còrsica
«simul, et Sabinèsi património beato
«Petro Apóstolo, sanctæque Dei, et
«apostolicæ Românæ Ecclesiæ concessa
«sunt, et per nefândam gentem Longo-
«bardorum per annorum spâtia abstrac-
«ta, atque ablata sunt, vestris tempori-
«bus restituantur. Undè et plures dona-
«tiones in sacro nostro scrinio Lateranèn-
«si recônditas habemus.» Quod si talis
jurisdicção temporâlis non semper, et
æquâliter reperitur à Summis Pontifici-
bus executioni mandata, difficile certè
non est, verisimiles adducere rationes,
tum ex invasione Barbarorum, qui mag-

na in parte bona temporâlia Papæ inva-
serunt, tum ex invidia Imperatorum
Græcorum, tum etiam ex defectu devo-
tionis aliquorum erga S. Sedem apostô-
licam.

259. Istud tandem extra omnem con-
trovèrsiam est concedendum, à remo-
tissimis Ecclesiæ sæculis omnes Sum-
mos Pontifices, inter quos plerique ad-
mirabili eruditione, zelò justitiæ, et
præstantissimæ sanctitatis laude floru-
re, ita ut inter sanctos jure merito, eis
honorem cultumque præstemus, omnes,
inquimus, domînium temporâle, tam-
quam sibi debitum, justum, et æquum
agnoverunt, illudque pro viribus data
occasione adversus invasores, vel im-
pugnatores propugnârunt.

260. Verùm nedùm Summi Pontifi-
ces, sed etiam Ecclesia in Conciliis
Æcuménicis congregata insurrexit con-
tra Domîni temporâlis Papæ adversâ-
rios. Inter hos reperiuntur Waldesi,
Arnaldus è Brèscia, Marsilius Petâvius,
Calvinus, Petrus Martyr, (Bellarm., lib.
5, *De potest. Pontif.*, c. 1.) Brenzius,
et Centuriatôri. Hic etiam error fuit Wi-
clèffi, cujus tres principales articuli,
seu propositiones fuerunt ab Æcuménico
Concilio Constantiensi damnatæ, videli-
cet : «Sylvêster Papa, et Constantinus
«Imperator erraverunt Ecclesiam dotân-
«dò; (*hæc est propositio 33*, inter
«damnatas :) Papa cum omnibus Cléri-
«cis suis possessionem habentibus sunt
«hæretici, eo quod possessionem habent;
«(*hæc est propositio 36*) : Imperator
«et dômini sæculares seducti sunt à diâ-
«bolo, ut Ecclesiam dotarent bonis tem-
«porâlibus : (*hæc est propositio 39*).
Horum articulorum, seu propositionum
damnatio, approbata fuit per Bullam
Români Pontificis Martini V : adeoque
nemini dubitare licet, ad eam Concilii

partem attinere, quæ ab Ecclesiâ Universali recepta fuit, et roborata.

261. Alto, ne nimis in hac re nimium diffusus simus, præmittentes silentio plurima Concilia particularia, non possumus nec debemus præterire ultimum Concilium Æcumenicum, videlicet Tridentinum, quod ab Ecclesiâ est celebratum. Expédiet transcribere de verbo ad verbum hoc Tridentini Decretum, quod quidem debet obstruere os quorundam infelicitum declamatorum, qui, Summos Pontifices, eo quod suum Dominium temporale strènuè ac viriliter tuentur, nimie cupiditatis, ac ambitionis insimulant. Concilium Tridentinum, *Sess. 22, decret. De reform., c. 11*, hæc habet: «Si quem clericorum, vel laicorum, quacumque is dignitate etiam imperiali, aut regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesiæ, seu cujusvis sæcularis vel regularis beneficii, montium pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura etiam feudalia, et emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, quæ in ministrorum, et pauperum necessitates converti debent; per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas clericorum, aut laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumperit, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiuntur; is anathemati tamdiu subiacet, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, et redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, Ecclesiæ, ejusque administratori, sive beneficiato

«integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutiõnem obtinuerit.» Quid plura?

262. Forsitan Adversarii respondébunt; nos non litigamus circa legitimitatem juris, quo Summi Pontifices hocce temporale Dominium assecuti sunt: istud verò Dominium, tamquam spiritui evangélico, ac Ecclesiæ exitiale prædicamus ac sustinemus. ¡ Papæ! Dominium temporale Summi Pontificis spiritui evangélico adversatur! Et à remotissimis Ecclesiæ sæculis, tot Summi Pontifices tum doctrinâ, tum sanctitate præstantes, hocce dominium retinere, illud amplificârunt, et pro viribus illius patrocínium suscepere; nullus ex Ecclesiæ Doctõribus illud áusus est improbâre; insuper, ultra plurima particularia Concilia, Concilium Æcumenicum, illud, potentissimis anathematis armis roboravit; ejus adversarii semper ab omnibus bonitatis sectatoribus, æstimati sunt tamquam perversi seductores, et illorum error à pleno Generali Concilio pro coronide damnatus! Quid? Dominium temporale Papæ spiritui evangélico adversatur! Et à remotissimis Ecclesiæ sæculis, omnes Summi Pontifices, omnes Patres, omnes veri Catholici, omnia particularia Concilia, et quod caput est, duo Æcumenica Concilia, in dignoscendo spiritu evangélico, in hocce negotio erravere? Universa igitur Ecclesiâ in Conciliis Æcumenicis representata, in hac re à veritatis trãmite aberravit? Per tot sæcula Universâ Ecclesiâ contra spiritum Evangélii opinata est, et operata? Hoc profectò est Christi Dõmini pollicitationem suæ Spõnsæ, Ecclesiæ, videlicet, adeo asseveranter factam, inanem reddere ac fallacem. Hoc profectò est infinitis erroribus stèrnere viam, ac stul-

tíssimam, et apértam hæresim inculcáre. Insuper: si tot Summi Pontífices, tot viri doctrína ac sanctitate præstantes, tot Concilia particulária; si univérſa tandem Ecclésia in Conciliis Æcuménicis congregáta, spíritum Evangélii non agnóvit; ad quem confúgere debémus, ut hunc spíritum, absque ulla erróris labe dignoscámus? Confugiémusne ad spíritum Evangélii rimándum, confugiémusne, inquam, ad Políticos, qui Domfnii, ac pecuniárum cúpidi, pótius inter raptóres, quam inter veros políticos, sunt profectó adnumeránde? Satis. Nam probé cognóscimus hocce paradóxon cuiuscúmque cordáto viro risum simul movére et stómachum.

263. Sed objicient: nonne Scriptúra teste: nemo militans Deo debet se negótiis sæcularibus implicáre? Et nonne Summus Póntifex ille est, qui potíssimum Deo militat? Ut quid ergo se dominio temporáli, ac negótiis sæcularibus ex illo emanántibus implicat? Nonne hoc est fidélium spirituáli salutí; ac proíndé universáli Ecclésiæ exitiále?

264. Verúm distinguámus in primis témpora, et concordábimus jura. Si témporibus Nerónis, Titi, vel Vespasiáni, id áliquid nobis objecisset; vidéndó Caput Ecclésiæ cum irrisórii título Regis crucifixum, suos Discípulos, idiótas, videlicet piscatóres, inter longas peregrinátiones, et perícula, verbum Evangélii disseminántes; fidem intinctam Mártyrum ságuine semper crescéntem, et usque ad Palátium Imperiále attingéntem; potuissémus respondére: quid opus Ecclésiæ, quid opus est Papæ temporális domínii, dum divina Omnipoténtia ipsam extraordinária et mirábilí protectióne tuétur, ipsique desérvit ad instar impenetrábilis scuti advérsus insídias, quæ tum ex parte inferi, tum ex

parte hóminum, ipsum expugnáre tentant? Verúm hæc respónsio essetne præsentibus temporibus, et circumstántiis accommodáta? Séries factórum per decem, et octo sæcula occurréntium, nobis demónstrat quodnam respónsum obiectióni præbere debeámus.

265. Nos équidem observámus, per tria prióra sæcula, Summos Pontífices absque ullo domínio temporáli. His tribus sæculis transáctis, cum Ecclésia è Catacumbis, ut ita dicámus, exiens séréna ac radiánte fronte coram fácie Univérsi apparuit, invénimus Summos Pontífices sat locuplétes et oblatiónibus fidélium abundántes, cum áliquo domínio suprémam potestátem indigitánte, et hoc per quátuor eum dimidio sæcula, história vade deprehéndimus.

266. Sub medietátem octávi sæculi, id est, à témpore célebris donatiónis à Rege Pipínio Ecclésiæ assignátæ; Papæ appárent Régia seu supréma potestáte ornáti, et ex eo tunc, usque ad præsens, id est, per tot integra sæcula, temporálem jurisdictionem exercent.

267. In hisce tribus diversis épocheis, notáre licet tria, et diversa Ecclésiæ emoluménta. In paupertáte priórum Pontíficum, in eórum adversitatibus, in eórum martyriis, uná cum constánti per Univérsum fidei propagatióne, refúlget mirábilis certé Divinæ Omnipoténtiæ triúmphus; et vívidum quoddam exemplar fortitudinis quæ ornári debet fidélis Dei administer. Horum primum Ecclésiæ ad instar fundaménti desérvit, ejúsque ácuit spem, seu fidúciám, usque ad consummationem sæculi. Alterum veró, ad instar régulæ seu normæ est Ministris Ecclésiæ, ut prácticè, mortificationem addiscant et humilitátem ádeo necessariam in eórum ministério.

268. In divitiis ac abundántia Sum-

mórum Pontíficum , ad secundam Epocham pertinentium , relucet certè utilissimum encónium liberalitátis , ac generositátis Christianórum erga Sacerdotes ; ac simul vividíssima recordatio illius usus , quem adhibere debent Sacerdotes bonórum ecclesiasticórum , Christianos contemplándò in Summis Pontificibus ditándis ádeò sollicitos , et páriter Summos Pontífices fervénti ánimò , et larga manu occupátos in reddéndo egénos , seu míseros harum divitiárum partícipes . Horum primum Ecclesiæ deservit ad arguéndos láicos eórum avaritiæ advérsus Ecclesiásticos , et illórum ánimi repugnantiam , seu fastídium , quod experiúntur , dum conspiciunt eórum Magistros in aliquáli bonórum cópia collocátos : álterum verò mirífice juvat Ecclesiám ad edocéndum Ecclesiásticos sobrietátem , simul et charitátem , quam semper servare debent , bonis fruéntes temporálibus .

269. Postrémò in supréma potestáte temporáli Summórum Pontíficum , transcúrsu sæculórum , sibi legítimè succedéntium , fortíssimum insúrgit obstáculum hæresum propagatióni , dum Summi Pontífices hac supréma potestáte gaudéntes , omnínò independéntes ab ália potestáte reddúntur : sicque omnímòda ac necessária libertáte fruúntur , ad hæreses coércéndas , ad hæreticos armis spirituálibus puniéndos ; verbo : ad anathématis fúlmine è Vaticano feriéntes quoscumque hæreticos , étiamsi Régia vel Imperiáli dignitáte fúlserint : qui tamen , si Papa temporáli , ac supréma potestáte non gauderet , egérimè dúcerent et pro víribus impedirent , se ab áliquo inferióri , et fórsitan sibi in temporálibus súbdito , puniri .

270. Certè : præterquam quod hocce temporále dominium omnínò indepén-

dens , strictíssimum vínculum est ad uniformitátem disciplinæ servándam , validúmque simul sustentáculum potestáti spirituáli deserviens coram pópulo carnáli , nimisque mundáno . Ex quo Summi Pontífices suprémum exercent étiam temporále dominium ; ipsimet Príncipes ac Reges , majóri honóre , ac veneratióne dignum ipsum proculdubiò arbitrántur , dum eum nedùm ut Magístrum in fide , verum étiam ut æquálem in supréma potestáte temporáli ; et qui étiam patrocnio suo potest eisdem étiam in temporálibus negótiis dum opus fúerit opem ferre . Undè Príncipes semper plus Románis Pontificibus addicti permansére ; et hæretici plus de inveniéndò in Príncipibus protectóre desperárun ; et Episcopi faciéliórem adinvenérunt accéssum ad Románum Pontíficem , Romæ támquam Suprémum Dóminum commorántem : ipsique Summi Pontífices robustióres evasérunt in hæreticis profligándis , et in adjutório , si opus esset , Regum implorándò . Si áliquis ex Príncipibus advérsus Papam insurrexit , álius ádfuit qui erga Papam pro víribus laborávit nedùm Religiónis zelò , verum étiam societátis titulò , eo quia in Summo Pontífice sócium et æquálem sibi in potestáte seu Dominio temporáli cernébat .

271. Sic Summus Póntifex omnínò á quacúmque Potestáte sæculári indepéndens , pótuit congregare Concilia , errórem profligare , et curare de Synodálium Decretórum acceptatióne , in áliis Státibus Regnisque Christiánis . Saltem semper Papæ próprius remánsit Státus , in quo absque ullo obstáculo , omnes Ecclesiæ Leges executióri mandaréntur , in quo omnes damnaréntur , ac procul rejiceréntur hæreses , quique in ómnibus de Fide controversiis , posset ad instar

spéculi, ac normæ deservire Príncipibus, Episcopis, ac pópulis Univérsi. Id adeò in dúbium revocári nequit, ut certissimum sit hæreticos potentióres, et in Ecclesiám magis furéntes, semper hocce domínium temporále Papæ, ómnibus ánimi víribus conatibúsque impugnásse ut Wiclefistæ, Albigenses, Lutheráni, omnesque incréduli, ac libertíni, probè cognoscéntes hanc Pontificiam et suprémam Potestátem, seu Domínium, esse validíssimum, eórum diabólica rebellióni contra Ecclesiám, obstáculum.

272. Nos non præterit, pópulum Christiánum æquè veneratióne dignum dúcere debere Summum Pontificem páuperem, sicut Papam Suprémam Potestátem étiam temporáli donátum. Nos insuper non latet, in exórdio nascéntis Ecclesiæ, fuisse honorátum Summum Pontificem inter cárceres, víncula et cum collo étiam voluntáti carnificis suppósito. Verum opus esset in exámen revocáre, utrum permutátis témporum circumstántiis, idem omnínò præstarétur à pópulo mínus fervénti, magisque carnáli. Nos id non crédimus. Illud porrò certíssimum est, suprémam potestátem suápte natúrâ in pópulo ingéntem veneratióne generáre; et quod de fáçili illa dignitas honorátur, cui áliqua étiam temporális annectitur potestas, et quæ supra sólum sedet ad latus Príncipum, seu Regum aut Cæsarum. Papa quantumvis locuples, verum absque temporáli potestáte, spectátur ut quidam homo privátus, estque semper quidam homo privátus, in temporálibus álii profectò súbditus. Hac de cáusa ejúsdem dignóscitur conditiónis, ac cæteri súbditi: quo fit, ut non sit ita fáçilè Univérsum concordáre in honoránda, ut par est persóna, quam alicui Monárchæ, seu superióri potestá-

ti subjéctam intuétur. Ipsimet Príncipes nequæunt se ádmodum inclinátos conspícere ad honorándum quemdam privátum, quem in temporálibus sibi inferiorum, sibique páriter súbditum agnoscunt: et Príncipum exémpplar mirum in modum influit in ánimum, et corda populórum.

273. Verum, ut còcludámus: voti cómpotes tandem fiant suprémii domínii temporális Papæ in suis státibus, impugnatóres: quod si ipsum è suo Sólío, in quo per tot sæcula legítimo jure sedet, præcipitent: Christi Vicárium per orbem univérsum exuláre, cogant: Ecclesiám cum suo Cápite, ab áliqua sæculári Potestáte prorsus dependéntem, reddant; ab adversáriis quærimus: Úbinam géntium Succéssor Petri Sedem Apostólicam locábit? Fórsitan in Sinárum Império, vel in Japóne, vel in Regno Persárum, vel apud Turcas, vel in áliquo álio Infidélium Regno, aut Ditióne? Verum hi omnes Religiónem Christiánam, aversántur, impúgnant, vexant, immániter persequúntur támquam Religiónem falsis suis Sectis, seu Religiónibus è diámetro aversántem: adeóque núnquam patiéntur Christiánæ Ecclesiæ Caput apud se residére, horum Infidélium Religiónem in Cáthedra pacificè sedéntem damnáre: Cathólicos Christiános íterum, íterúmque monére, ut in Christi vera Religiónem firmiter, fidéliter, ac perseveránter perseverént; ac ut falsas Infidélium Religiónes diris devóveant. Præterquam quod, nonne ridículum, et penè impossibile redderétur, Cathólicos Christiános confúgere tenéri, ad Sinéneses, Persas, Turcas, etc. ut ibi Orácula Summi Pontificis fórsitan jam latitántis, et in cárcere vínculis férreis constricti, jacéntis perciperent?

274. Fõrsitan quispiam repõnet : Põterit Papa in aliquo Protestantium Regno Cãthedram Apostolicam firmare. ; Papa inter Protestantes ! Risum teneãtis, amici. Protestantes ex intimo corde Papam aversantur, et contemnunt : ipsum ut Anti-Christum traducunt, aliisque non ferendis injuriis lacessunt. Protestantes igitur pacificisne cernunt oculis, Papam apud se residẽntem auctoritative anti-catholica et prava eorum dogmata rejicere, damnare, et anathematis, si opus sit, etiam coactõ Concilio, fulmine, iterum iterumque ferire ?

275. Verum : quidni, fõrsitan respondẽbunt, Papa in aliquo ex Catholicis Regnis, subditõ tamen manente in temporalibus Regi illius Regni Catholici, Sedem Apostolicam firmare põterit ? Si ita est : iterum habemus Caput Ecclesiã, et cum ipso Ecclesiã à Potestate sæculari dependẽntem. Id quod in maximum totius Ecclesiã, vèrgere posset detrimẽntum. Fac Papam Apostolicam Sedem in Galliarum Regno collocare ; subdito, ut supponitur, Gallorum Regimanente. In gravibus dissidiis inter Galliam, et Hispaniam e. g. stũdium partium conclamaret, Summi Pontificis decissiones alias non esse quam Papæ Regi Gallorum õbsequi, seu favere cupiẽntis. Quam fidem adhiberemus Summi Pontificis decissionibus, si nobis persuasum esset, Papam vi, seu minis adactum, id vel aliud statueret, aut definirẽt ? Si ex oppõsito, sententia Summi Pontificis Regi Gallorum adversaretur, sineretne hic, id quod jũdicat Papa executioni mandari ? Nonne id vi, scãdalo, persecutiõne impediret ? Summus itaque Põntifex esse debet universalis, ita Galli, ac Hispani, ita Africani, ac Asiatici : et ut independẽntiam servet, opus est ut Rẽgiã potestate sit

ornatus. Si independẽntia ab eo tollitur, ejus exercitium spirituãle difficillimum, ac attentis præsẽntibus circumstantiis, actualique rerum ordine impossibile redditur, ac Ecclesiã expugnatur. Rectissime in hoc negõtio Napoleõ I, Gallorum Imperator, ajebat : Pa-
«pa extra Lutetiam Parisiorum residet,
«et benè residet : neque Matriti, neque
«Viennã residet, et bonum est quod
«non resideat. Crẽditisne quod si Parisiis
«resideret, Austriaci, et Hispani
«suis decissionibus õttemperarent ? Pa-
«pa debet residere Romã. Sæcula id
«fecerunt : et sæcula rectè id operata
«sunt.» Præterquamquod, Stãtus Pontificii non pẽrtinent ad Italiã ; sunt veltuti sintesis õmnium Natiõnum Catholicarum : sunt hæreditas tot sæculorum sãrie, fideliũ pietate aggregata : sunt Catholicismi patrimonium. Papa igitur ad quem principãliter spectat hocce patrimonium pro viribus custodire debet se, à quacũque Potestate sæculari prõdere independẽntem. Immensa D. Petri cõpula, solũ majestate Pontificatus implẽtur. Id probè cognovit Constantinus, qui Romam deseruit, eo quia potestas Pontificis est à potestate Imperatoris independens : et duo Reges, in eadem Urbe Rẽgia vitam ducere, ac dominari, nõquẽunt.

276. Ex õmnibus observatiõnibus, et testimoniis in præsenti Cãpite adductis, liquet : Principum donatiõnes, Populorum consensum, Fideliũ gratitudinem, Papam usque ad suprẽmam Potestatem temporalem in suis Stãtibus sublimasse : ex omni rigõre justitiã ipsos possidere : id ad Vicãrii Christi independẽntiam servandam esse omnino necessarium : neque Papam suos Stãtus temporaliter regẽntem contra Apõstoli prãceptum, negõtiis sæcularibus im-

plicári: imò hæc temporális Potestas in suis Státibus supréma, mirificè jurisdictioni spirituáli exercendæ, omni obstaculo semotò, deservit. Undè Dominium temporále Papæ, de jure ordinário, seu de ordinária Dei providéntia, Ecclesiæ regimini æstimandum est, ac prædicandum, ut Ecclesiæ universæ necessarium.

277. Fórsitan non desunt inter hujusmodi Domínii temporális Papæ impugnatores, qui contra hocce Dominium conclámant, eo quia Summi Pontificis jurisdictionem spiritualem torvis óculis conspiciunt, eámque præcipuè aversántur. Absit invidia verbo. Hi peroptarent Papam ad Catacumbas iterum relegári, ut ibi delitescens, ipsamet Ecclesiá tandem aliquándo ex toto Orbe terrárum evanesceret. Verùm hi *frustra lassántur in via iniquitátis*. Portæ inferi advérsus Ecclesiám non

prævalébunt. Deus, sicut in exórdio Ecclesiæ, sua omnipoténtia utens, ac extraordinária, simulque miraculosa providéntia Ecclesiám fovens, ac sustentans efficeret, ut cum impii Ecclesiám consumptam in catacumbis putarent; ipsa coram fácie terræ, iterum, cum non sit abbreviáta manus Dómini, ut Lúci ferirétur: sicque impii nisi recipserent, perpétuò in ténebris conticescerent.

278. Pro corónide: si impugnatores Domínii temporális Papæ nollent acquiescere justitiæ ac veritati, sperántes quod spoliáto Jesu Christi Vicário póterunt se excusáre ajéntes: quod hæc spoliáto jam inter *facta CONSUMMATA* sit adnu meránda; hoc ipso pertimescant ex íntimo cordis ad illud divinum órâculum ore Jacóbi prolátum: *Peccatum cum CONSUMMÁTUM fuerit generat mortem*.

APPÉNDIX:

DE IMMACULÁTA BEATÍSSIMÆ VÍRGINIS MARÍÆ CONCEPTIÓNE.

279. Nólumus manum è tábula removére, quin prius débitas Déiparæ exsolvámus grates pro beneficiis, quibús nos cumulávit, præsertim tum hocce Opúsculo, tum in Institutió nibus Theológicis ælucubrândis. Ipsam ex íntimis præcórdiis, totóque devotió nis afféctu, ut omnimodè in sua fortunátissima Concepti óne Immaculátam nobis nunc placet salutáre: et ex quo *Petrus* jam ex Cáthedra locútus est, ejúsdem Beatíssimæ Vírginis Immaculátam Concepti ónem támquam fidei dogma libentíssimè suscipimus, omnibúsque ánimi nervis conatibúsque propugnámus. Certé: Patres nostri exultavérunt ut vidérent diem istum: nos vídimus et veheménter gavissí sumus. Non póssumus non Dei ineffáblem providéntiam erga suam Ecclésiám mirári, debitísque láudibus extóllere, eo quòd in hocce præsertim sæculo ánimum immortális Summí Pontíficis Pii IX permóverit, ut quod in votis piórum jam diu erat, inter fidei dógmata recensén-

dum, tandem aliquándó definiret. ¡ Oh! Quam certò opportúnus fuit tempus, in quo Immortális, ac Piíssimus Pius Nonus, hacce definiti óne univérsum Orbem Cathólicum lætificávit! Id enim ex una parte, in votis erat ómnium piórum Fidélium, qui pro hocce felici mométo suspirábant. Ex áltera verò, hocce caliginósum sæculum, ac tot, tantísque contaminátum máculis id exigere videbátur, ut ferventióri devoti ónis stímulo Almæ Vírginis patrocínium obtestarémur, Eam non *opinativè* sed *dogmaticè*, támquam plenáriè omnis labis expértem, étiam in sua Concepti óne adeóque prorsus immaculátam salutándò ac celebrándò. Sic hujúsce sæculi máculis *dogmaticè* oppónimus *Immaculátam*: et ejúsdem sæculi impuritátibus, ut eas patrocínio suo detérgat, ex omni parte *Purissimam* advocámus.

280. Ut Angélici Præceptóris discipuli, de hocce felicíssimo evéntu peculiári quádam rati óne exultámus. Angé-

ENCYCLICA PII IX, FELICITER REGNANTIS.

Venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis universis gratiam et communionem Apostolicæ Sedis habentibus.

PIUS PP. IX.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quânta curâ ac pastorali vigiliantia Romani Pontifices Prædecessores Nostri exsequentes demandatum sibi ab ipso Christo Domino in persona Beatissimi Petri Apostolorum Principis officium, munusque pascendi agnos et oves nunquam intermiserint universum Domnicum gregem sedulo enutrire verbis fidei, ac salutari doctrina imbuiere, eumque ab venenatis pascuis arcere, omnibus quidem ac Vobis præsertim compertum, exploratumque est, Venerabiles Fratres. Et sanè fidem Decessorum Nostri augustæ catholicæ religionis, veritatis ac justitiæ assertores et vindicæ, de animarum salute maxime solliciti nihil potius unquam habuere, quam sapientissimis suis Litteris, et Consti-

tutionibus retégere et damnare omnes hæreses et errores, qui Divinæ Fidei nostræ, catholicæ Ecclesiæ doctrinæ, morum honestati, ac sempiternæ hominum salutis adversi, graves frequenter excitarunt tempestates, et christianam civilemque rempublicam miserandum in modum funestaverunt. Quocirca iidem Decessorum Nostri Apostolica fortitudine continenter obstiterunt nefariis iniquorum hominum molitionibus, qui despumantes tamquam fluctus feri maris confusiones suas, ac libertatem promittentes, cum servi sint corruptionis, fallacibus suis opinionibus, et perniciosissimis scriptis catholicæ religionis civilisque societatis fundamenta convellere, omnemque virtutem ac justitiam de-

médio tollere, omniúmque ánimos mentésque depraváre, et incáutos imperitámque præsertim juventútem à recta morum disciplina avértere, eámque miserabiliter corrumpere, in erróris láqueos indúcere, ad tandem ab Ecclesiæ cathólicæ sinu avéllere conáti sunt.

Jam verò, uti Vobis, Venerábiles Fratres, ápprimè notum est, Nos vix dum arcáno divínæ providétiæ consilio nullis certè Nostris méritis ad hanc Petri Cáthedram evécti fuimus, cùm viderémus summò ánimi Nostri dolóre horribilem sanè procéllam tot právis opinió nibus excitátam, et gravíssima, ac núnquam satis lugénda damna, quæ in christiánium pópulum ex tot erróribus redúndant, pro Apostólici Nostri Ministérii officio illústria prædecessórum Nostrórum vestigia sectántes Nostram extúlimus vocem, ac plúribus in vulgüs édictis encyclicis Epístolis et Allocutió nibus in Consistório hábitis, aliisque Apostólicis Litteris præcipuo tristíssimæ nostræ ætátis erróres damnávimus, eximíamque vestram episcopálem vigilántiam excitávimus, et univérsos cathólicæ Ecclesiæ Nobis caríssimos filios étiam atque étiam monúimus et exhortáti sumus, ut tam diræ contágia pestis omnínò horrérent et devitárent. Ac præsertim Nostra prima Encyclica Epístola die 9 novémbris anno 1846 Vobis scripta, binisque Allocutió nibus quarum áltera die 9 decémbris anno 1854, áltera verò 9 júni anno 1862 in Consistório à Nobis hábita fuit, monstruósa opiniónum porténta damnávimus, quæ hác potíssimum ætáte cum máximo animárum damno, et civilis ipsius societátis detriménto dominántur, quæque non solum cathólicæ Ecclesiæ, ejúsque salutári doctrínæ ac venerándis júribus, verùm étiam sempitérnæ naturáli legi à Deo in

ómnium córdibus inscúptæ, rectæque ratióni máximè adversántur, et ex quibus álíi propè omnes originem habent erróres.

Etsi áutem haud omissérimus potíssimos hujúsmodi erróres sæpè proscribere et reprobáre, tamen cathólicæ Ecclesiæ cáusa, animarúmque salus Nobis divinitús commissá, atque ipsius humanæ societátis bonum omnínò póstulant, ut iterùm pastorálem vestram sollicitúdinem excitémus ad álias pravas profli-gándas opiniónes, quæ ex eisdem erróribus, véluti ex fóntibus erúmpunt. Quæ falsæ ac pervérsæ opiniónes eo magis detestándæ sunt, quòd, eò potíssimum spectant, ut impediátur et amoveátur salutáris illa vis, quam cathólicæ Ecclesiæ ex divíni sui Auctóris institutióne, et mandátó liberè exercére debet usque ad consummationem sæculi non minùs erga singulos hómines, quàm erga natiónes, pópulos summósque eorum Príncipes, utque de médio tollátur mútua illa inter Sacerdótium et Impérium consiliórum societas et concórdia, quæ rei cùm sacre tùm civili fáusta semper éxstitit ac salutáris (1). Étenim probè nóscitis, Venerábiles Fratres, hoc témpore non páucos reperiri, qui civili consórtio impium absurdúmque *naturalismi*, uti vocant, principium applicántes áudent docére, «óptimam societátis públicæ ratiónem, civilémque progréssum omnínò requirere, ut humana societas constituátur et gubernétur, nullò hábitò ad religió-nem respéctu, ac si ea non existeret, vel saltém nullò factò veram inter falsásque religiónes discrimine.» Atque contra sacrárum Litterárum, Ecclesiæ, sanctorúmque Patrum doctrínam, assérere non dúbitant, «óptimam esse conditionem societátis, in qua Império non

(1) Gregor. XVI, epist. encycl. *Mirari* 15 august. 1832.

agnoscitur officium coercendi sanctis pœnis violatōres catholice religiōnis, nisi quatenus pax publica pōstulet.» Ex qua omnino falsa socialis regiminis idea haud timent erroneam illam fovere opiniōnem catholice Ecclesiæ, animarumque salutī maxime exitiālem à rec. mem. Gregório XVI prædecessore Nostro *de-liramentum* appellatam (1), nimirum «libertatem conscientie, et cultum esse proprium cujuscumque hominis jus, quod lege proclamari, et asseri debet in omni recte constituta societate, et jus civibus inesse ad omnimodam libertatem nulla vel ecclesiastica, vel civili auctoritate coarctandam, quò suos conceptus quoscumque sive voce, sive typis, sive alia ratione palam publicèque manifestare, ac declarare valeant.» Dum verò idtēmerè affirmant, haud cogitant et considerant, quòd *libertatem perditionis* (2) prædicant, et quòd «si humanis persuasiōnibus semper disceptare sit liberum, nunquam deesse poterunt, qui veritati audeant resultare, et de humana sapientia loquacitate confidere, cum hanc nocentissimam vanitatem quantum debeat fides et sapientia christiana vitare, et ipsa Domini nostri Jesu Christi institutione cognoscat (3).»

Et quoniam ubi à civili societate fuit amota religio, ac repudiata divina revelatiōnis doctrina et auctoritas, vel ipsa germana justitie humanique juris notio tenebris obscuratur et amittitur, atque in veræ justitie legitimique juris locum materialis substituitur vis indeliquet cur nonnulli certissimis sanæ rationis principiis penitus neglectis posthabitisque audeant conclamare, «volun-

tatem populi, publicam, quam dicunt, opinione vel alia ratione manifestatam constitutere supremam legem ab omni divino humanoque jure solutam, et in ordine politico facta consummata, eò ipso quòd consummata sunt vim juris habere.» Verum equis non videt, pleneque sentit, hominum societatem religionis ac veræ justitiæ vinculis solutam nullum aliud profectò propòsitum habere posse, nisi scopum comparandi, cumulandique opes, nullamque aliam in suis actionibus legem sequi, nisi indomitam animi cupiditatem inserviendi propriis voluptatibus et commodis? Ea-propter hujusmodi homines acerbò sanè odio insectantur Religiosas Familias quamvis de re christiana, civili, ac literaria summòperè meritas, et blaterant, easdem nullam habere legitimam existendi rationem, atque ita hæreticorum commentis plaudunt. Nam ut sapientissimè rec. mem. Pius VI Decessor Noster docèbat «regularium abolitio lædit statum publicæ professionis consiliorum evangelicorum, lædit vivendi rationem in Ecclesia commendatam tamquam Apostolicæ doctrinæ consentaneum, lædit ipsos insignes fundatōres, quos super altaribus veneramur, qui nonnisi à Deo inspirati eas constituerunt societates (1).» Atque etiam impiè pronunciant, auferendam esse civibus Ecclesiæ facultatem «quæ elemosynas christianæ charitatis causa palam erogare valeant,» ac de medio tollendam legem «quæ certis aliquibus diebus opera servilia propter Dei cultum prohibentur» fallacissimè prætexentes, commemoratam facultatem et legem optimæ publicæ economiæ principiis obsistere. Neque contenti amovere religionem à publica socie-

(1) Eadem. encycl. *Mirari*.

(2) S. Aug. epist. 105-166.

(3) S. Leo, epist. 164-133. Par. 2, edit. Ball.

(1) Epist. ad Card. de Larocheoucault 10 martii 1791.

tate, volunt religionem ipsam à privatis etiam arcere familiis. Etenim funestissimum *Communismi* et *Socialismi* docentes ac profitentes errorem asserunt «societatem domesticam seu familiam totam suæ existentiæ rationem à jure dumtaxat civili mutuari; proindeque ex lege tantum civili dimanare ac pendere jura omnia parentum in filios, cum primis verò jus institutionis, educationisque curandæ.» Quibus impiis opinionibus, machinationibusque in id præcipue intendunt fallacissimi isti homines, ut salutifera catholice Ecclesiæ doctrina ac vis à juventutis institutione et educatione prorsus eliminetur, ac teneri flexibilisque juvenum animi perniciosis quibusque erroribus, vitis que miserè inficiantur ac depraventur. Si quidem omnes, qui rem tum sacram, tum publicam perturbare, ac rectum societatis ordinem evertere et jura omnia divina et humana delere sunt conati, omnia nefaria sua consilia, studia et operam in improvidam præsertim juventutem decipiendam ac depravandam, ut supra innuimus, semper contulerunt, omnemque spem in ipsius juventutis corruptela collocarunt. Quocirca nunquam cessant utrumque clerum, ex quo, veluti certissima historiæ monumenta splendide testantur, tot magna in christianam, civilem, et litterariam rempublicam commoda redundarunt, quibuscumque infandis modis divexare, et edicere, ipsum Clerum «utpotè vero, utilique scientiæ et civilitatis progressui inimicum ab omni juventutis instituendæ educandæque cura et officio esse amovendum.»

At verò alii instaurantes prava ac toties damnata novatorum commenta, insigni impudentiã audent, Ecclesiæ et hujus Apostolicæ Sedis Supremam auctoritatem à Christo Domino ei tributam

civilis auctoritatis arbitrio subicere, et omnia ejusdem Ecclesiæ et Sedis jura denegare circa ea quæ ad exteriorum ordinem pertinent. Namque ipsos minime pudet affirmare «Ecclesiæ leges non obligare in conscientia, nisi cum promulgantur à civili potestate; acta et decreta Romanorum Pontificum ad religionem et Ecclesiam spectantia indigere sanctione et approbatione, vel minimum assensu potestatis civilis; constitutiones Apostolicas (1), quibus damnantur clandestinæ societates, sive in eis exigatur, sive non exigatur juramentum de secreto servando, earumque assensu et fautores anathemate muletantur, nullam habere vim in illis orbis regionibus ubi ejusmodi aggregationes tolerantur à civili gubernio; excommunicationem à Concilio Tridentino et Romanis Pontificibus latam in eos, qui jura possessionesque Ecclesiæ invadunt, et usurpant, nisi confusione ordinis spiritalis, ordinisque civilis ac politici ad mundanum dumtaxat bonum prosequendum; Ecclesiam nihil debere decernere, quod obstringere possit fidelium conscientias in ordine ad usum rerum temporalium; Ecclesiæ jus non competere violatores legum suarum poenis temporalibus coercendi; conformè esse sacræ theologiæ, jurisque publici principiis, bonorum proprietatem, quæ ab Ecclesiis, à Familiis religiõis, aliisque locis piis possidentur, civili gubernio asserrere, et vindicare.» Nèque erubescunt palam publicèque profiteri hæreticorum effatum et principium, ex quo tot perversæ oriuntur sententiæ atque errores. Dictitant enim «Ecclesiasticam potestatem non esse jure divino distinc-

(1) Clement. XII, *In eminenti*; Benedict. XIV, *Providas Romanorum*; Pii VII, *Ecclesiam*; Leonis XII, *Quo graviora*.

tam et independéntem à potestáte civili, neque ejúsmodi distinctiónem, et independéntiam servári posse, quin ab Ecclesiá invadántur et usurpéntur essentialia jura potestátis civilis.» Atque siléntio præteríre non pössumus eórum audáciám, qui sanam non sustinéntes doctrinam conténdunt «illis Apostólicæ Sedis judiciis, et decretis, quórum objectum ad bonum generále Ecclesiæ, ejusdémque jura, ac disciplinam spectáre declarátur, dúmmodò fidei morúmque dógmata non attingat, posse assénsu et obediéntiam detrectári absque peccáto, et absque ulla cathólicæ professiónis iacturá.» Quod quidem quantóperè adversétur cathólico dógmati plenæ potestátis Románo Pontífici ab ipso Christo Dómino divinitùs collátæ universálem pascéndi, regéndi, et gubernándi Ecclesiám, nemo est qui non clarè apertèque videat et intélligat.

In tanta ígitur depravatárum opiniónum perversitaté, Nos Apostólici Nostri officii probè memóres, ac de sanctíssima nostra religióne, de sana doctrína, et animárum salúte Nobis divinitùs commissa, ac de ipsius humánæ societátis bono máximè solliciti, Apostólicam Nostram vocem íterum extóllere existimávimus. Itaque omnes et singulas pravas opiniónes ac doctrínas singillátim hísce Litteris commemorátas auctoritaté Nostra Apostólicá reprobámus, proscribimus atque damnámus, eásque ab ómnibus cathólicæ Ecclesiæ filiis, vélutí reprobátas, proscriptas atque damnátas omnínò habéri vólumus et mandámus.

At præter ea, óptimè scitis, Venerábiles Fratres, hísce tempóribùs omnis veritátis justitiæque osóres, et acérrimos nostræ religiónis hostes, per pestíferos libros, libéllos, et ephemerides toto ter-

rárurum orbe dispérsas pópulis illudéntes, ac malitiósè mentiéntes álias ímpias quásque dissemináre doctrínas. Neque ignorátis, hác étiam nostrá ætáte, non nüllos reperiri, qui sátaná spiritu permóti, et incitáti eò impietátis devenérunt, ut Dominatórem Dóminum Nostrum Jesum Christum negáre, ejúsq; Divinitátem scelerátá procacitaté oppugnáre non páveant. Hic verò haud pössumus, quin máximis meritisque laudibùs Vos efferámus, Venerábiles Fratres, qui episcopálem vestram vocem contra tantam impietátem omni zelò attóllere mínimè omisistis.

Ítaque hísce Nostris Litteris Vos íterum amantíssimè allóquimur, qui in sollicitúdinis Nostræ partem vocáti summo Nobis inter máximas Nostras acerbitates solátio, lætitiæ, et consolatióni estis propter egrégiam, qua præstátis religiónem, pietátem, ac propter mirum illum amórem, fidem, et observántiam, qua Nobis et huic Apostólicæ Sedi concordíssimis ánimis obstrictigravíssimum episcopále vestrum ministérium strénuè ac sédulò implére conténditis. Étenim ab exímio vestro pastoráli zelo expectámus, ut assuméntes gládium spíritus, quod est verbum Dei, et confortáti in grátia Dómini Nostri Jesu Christi veltis ingeminátis stúdiis quotídiè magis prospicere, ut fidéles curæ vestræ concréditi «abstíneant ab herbis nóxiis, quas Jesus Christus non colit, quia non sunt plantátio Patris (1).» Atque eisdem fidélibus inculcáre núnquam desínite, omnem veram felicitátem in hómines ex angústa nostra religióne, ejúsq; doctrína et exercítio redundáre, ac beátum esse pópulum, cujus Dóminus Deus ejus (2). Docéte «cathólicæ Fidei funda-

(1) S. Ignatius. M. ad Philadelph. 3.

(2) Psalm. cxliii.

ménto regna subsistere (1) : et nihil tam mortíferum, tam præceps ad casum, tam expósitum ad ómnia perícula, si hoc solum nobis putántes posse sufficere, quod liberum arbitrium, cùm nascerémur, accépmus, ultrá jam à Dómino nihil quærámus, idest, auctóris nostri obliti, ejus poténtiam, ut nos ostendámus liberos, abjurémus (2).» Atque étiam ne omittátis docére régiam potestátem non ad solum mundi régimen, sed máximè ad Ecclesiæ præsidium esse collátam (3), et nihil esse quod civitátum Principibus, et Régibus majóri frúctui, gloriæque esse possit, quàm si, ut sapientíssimus fortissimúsque alter Prædecéssor Noster S. Felix Zenóni Imperatóri perscribèbat, Ecclesiám catholicám... sinant uti légi-bus suis, nec libertáti ejus quémquam permittant obsistere... Certum est enim hoc rebus suis esse salutáre, ut cùm de cáusis Dei agátur, juxta ipsíus constitútum régiam voluntátem Sacerdóti-bus Christi studeant subdere, non præ-ferre (4).»

Sed si semper, Venerábiles Fratres, nunc potíssimum in tantis Ecclesiæ, cívilisque societátis calamitátibus, in tanta adversariórum contra rem catholicám, et hanc Apostólicam Sedem conspiratió-ne tantáque errórum congérie, necesse omnínò est, ut adeámus cum fidúcia ad thronum grátie, ut misericórdiam consequámur, et grátiam inveniámus in auxilio oportúno. Quocircá ómnium fidélium pietátem excitáre existimá-vimus, ut uná Nobiscum Vobisque clem-entíssimum lúminum et misericordiá-

(1) S. Cælest., epist. 22 ad Synod. Ephes. apud Const. p. 1200.

(2) S. Innocent. I., epist. 29 ad Episc. conc. Carthag. apud Const. p. 891.

(3) S. Leo, epist. 156-125.

(4) Pius VII, epist. encycl. *Diu satis*, 15 máii 1800.

rum Patrem ferventíssimis humillimis-que précibus sinè intermissiõe orent, et óbsecrent, et in plenitúdine fidei semper confúgiant ad Dóminum Nos-trum Jesum Christum, qui redémit nos Deo in ságuine suo, Ejúsque dulcíssimum Cor flagrantíssimæ erga nos cha-ritátis víctimam enixè jugitérque exó-rent, ut amoris sui vínculis ómnia ad seípsum trahat, utque omnes hómines sanctíssimò suò amóre inflammáti se-cúndùm Cor Ejus ámbulent dignè Deo per ómnia placéntes, in omni bono ópe-re fructificántes. Cùm áutem sinè dúbio gratióres sint Deo hóminum preces, si ánimis ab omni labe puris ad ipsum ac-cédant, idcirco cœlestes Ecclesiæ the-sáuros dispensatióni Nostræ commissos Christi fidélibus Apostólicá liberalitáte reseráre censúimus, ut fidem fidéles ad veram pietátem veheméntius incénsi, ac per Pœniténtiæ Sacraméntum à pecca-tórum máculis expiáti fidéntius suas preces ad Deum effúndant, ejúsque mi-sericórdiam et grátiam consequántur.

Hiscè igitur Litteris auctoritáte Nostra Apostólicá ómnibus et singulis utriús-que sexús cathólici orbis fidélibus Ple-náriam Indulgéntiam ad instar Jubilæi concédimus intra unús tantùm mensis spátium usquè ad totum futúrum an-num 1865 et non ultrá à Vobis, Vene-rábiles Fratres, aliisque légitimis locó-rum Ordináriis statuéndum, eodem prorsus modò et formá quâ ab initio suprèmi Nostri Pontificátus concessimus per Apostólicas Nostras Litteras in for-ma Brevis die 20 mensis novémbris an-no 1846 datas, et ad univèrsam epis-copálem vestrum Órdinem missas, quarum initium «Arcáno Divinæ Providén-tiæ consilio,» et cum ómnibus eisdem facultátibus, quæ per ipsas Litteras à Nobis datæ fuérunt. Vólumus tamen

ut ea omnia serventur, quæ in commemoratis Litteris præscripta sunt, ut ea excipiantur, quæ excēpta esse declaravimus. Atque id concedimus, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiā speciali et individua mentione, ac derogatione dignis. Ut autem omnis dubitatio et difficultas amoveatur, earūdem Litterarum exemplar ad Vos perferri jussimus.

«Rogemus, Venerabiles Fratres, de intimo corde et de tota mente misericordiam Dei quia et ipse addidit dicens: misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Petamus et accipiemus, et si accipiendi mora et tarditas fuerit quoniam graviter offendimus, pulsemus quia et pulsanti aperiatur, si modo pulsant ostium preces, gemitus, et lacrymæ nostræ, quibus insistere et immorari oportet, et si sit unānims oratio... unusquisque oret Deum non pro se tantum, sed pro omnibus fratribus, sicut Dominus orare nos docuit (1).» Quo verò facilius Deus Nostris, Vestrisque, et omnium fidelium precibus, votisque annuat, cum omni fiducia deprecatricem apud eum adhibeamus Immaculatam sanctissimamque Deiparam Virginem Mariam, quæ cunctas hæreses interimit in universo mundo, quæque omnium nostrarum amantissima Mater «tota

(1) S. Cyp. epist. 11.

suavis est.... ac plena misericordiæ.... omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium necessitates amplissimo quodam miseretur affectu (1),» atque utpotè Regina adstans à dextris Unigeniti Filii Sui Domini Nostri Jesu Christi in vestitu deaurato circumamicta varietate nihil est, quod ab eo impetrare non valeat. Suffragia quoque petamus Beatissimi Petri Apostolorum Principis, et Coapostoli ejus Pauli, omniumque Sanctorum Cœlitum, qui facti jam amici Dei pervenerunt ad cœlestia regna, et coronati possident palmam, ac de sua immortalitate securi de nostra sunt salute solliciti.

Dénique cœlestium omnium donorum copiam Vobis à Deo ex animo adprecantes singularis Nostræ in Vos charitatis pignus Apostolicam Benedictionem ex intimo corde profectam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis, Laicisque fidelibus curæ vestræ commissis peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die 8 decembris annò 1864, decimo à Dogmatica Definitione Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ.

Pontificatus Nostri Anno Decimonono.

PIUS PP. IX.

(1) S. Bern. Serm. de duodecim prerogativis B. M. V. ex verbis Apocalyp.

SYLLABUS

*Compléctens præcipuos nostræ ætatis errores qui notántur in allocu-
tiónibus consistoriálibus, in encyclicis aliisque apostólicis litteris
Sanctíssimi Dómini Nostri Pii Papæ IX.*

§ I.

PANTHEÍSMUS, NATURALÍSMUS ET RATIO-
NALÍSMUS ABSOLÚTUS.

I. Nullum suprémum, sapientíssi-
mum, providentíssimúmque Numen di-
vínium existit ab hac rerum universitáte
distíctum, et Deus idem est ac rerum
natúra et iccirco immutatónibus obnó-
xius, Deúsque reápsé fit in hómine et
mundo, atque ómnia Deus sunt et ip-
síssimam Dei habent substántiam; ac
una eadémque res est Deus cum mun-
do, et proínde spíritus cum matéria,
necéssitas cum libertáte, verum cum
falso, bonum cum malo, et justum
cum injústo.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júnií 1862.

II. Negánda est omnis Dei áctio in
hómínes et mundum.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júnií 1862.

III. Humána rátio, nullo prorsùs
Dei respéctu hábito, únicus est veri et
falsi, boni et mali árbitr, sibi ipsi est
lex et naturálibus suis víribus ad hó-
minum ac populórum bonum curándum
súfficit.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júnií 1862.

IV. Omnes religiónis veritátes ex
natíva humánæ ratiónis vi derivant;
hinc rátio est princeps norma quâ homo
cognitiónem ómnium cujuscúmque gé-
neris veritátum ássequi possit ac débeat.

Epist. Encycl. *Qui plúribus* 9 no-
vémbris 1846.

Epist. Encycl. *Singulári quidem* 17
mártii 1856.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júnií 1862.

V. Divína revelátio est imperféc-
ta et iccirco subjécta continuo et indefínito
progréssui qui humánæ ratiónis progres-
sióni respóndeat.

Epist. Encycl. *Qui plúribus* 9 no-
vémbris 1846.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júnií 1862.

VI. Christi fides humánæ refragá-
tur ratióni; divínaque revelátio non so-
lùm nihil prodest, verùm etiám nocet
hómínis perfectiáni.

Epist. Encycl. *Qui plúribus* 9 no-
vémbris 1846.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júnií 1862.

VII. Prophetæ et mirácula in sa-
cris Litteris expósita et narráta sunt poë-
tárum comménta, et christiánæ fidei
mystéria philosophicárum investigatió-
num summa; et utriúsque Testaméti
libris mythica continéntur invénta; ip-
séque Jesus Christus est mythica fictio.

Epist. Encycl. *Qui plúribus* 9 no-
vémbris 1846.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júnií 1862.

§ II.

RATIONALÍSMUS MODERÁTUS.

VIII. Quum rátio humána ipsi reli-

gióni æquiparétur, iccirco theológicæ disciplinæ perinde ac philosophicæ tractandæ sunt.

Alloc. *Singulári quadam perfúsi* 9 decémbris 1854.

IX. Ómnia indiscriminátim dógmata religiónis cristiánæ sunt objéctum naturális sciéntiæ seu philosophiæ; et humána rátio históricè tantùm excéllita potest ex suis naturálibus víribus et princípis ad veram de ómnibus étiam reconditióribus dógmatibus sciéntiam pervenire, modò hæc dógmata ipsi ratióni támquam objéctum propósita fuerint.

Epist. ad Archiep. Frising. *Gravissimas* 11 decémbris 1862.

Epist. ad eúdem *Tuas libénter* 21 decémbris 1863.

X. Quum áliud sit philosophus, áliud philosophia, ille jus et officium habet se submitténdi auctoritatí, quam veram ipse probáverit; at philosophia neque potest, neque debet ulli sese submittere auctoritatí.

Epist. ad Archiep. Frising. *Gravissimas* 11 decémbris 1862.

Epist. ad eúdem *Tuas libénter* 21 decémbris 1863.

XI. Ecclésia non solùm non debet in philosophiam únquam animadvértere, verùm étiam debet ipsius philosophiæ toleráre erróres, eíque relinquare ut ipsa se córrigat.

Epist. ad Archiep. Frising. *Gravissimas* 11 decémbris 1862.

XII. Apostólicæ Sedis, romanarúmque Congregatiónum decréta liberum sciéntiæ progréssum impédiunt.

Epist. ad Archiep. Frising. *Tuas libénter* 21 decémbris 1863.

XIII. Méthodus et princípia, quibus antíqui Doctóres scholástici Theológiam excoluérunt, témporum nostrórum ne-

cessitatibus scientiarúmque progréssui mínimè cóngruunt.

Epist. ad Archiep. Frising. *Tuas libénter* 21 decémbris 1863.

XIV. Philosophia tractánda est, nullá supernaturális revelatiónis hábitá ratióne.

Epist. ad Archiep. Frising. *Tuas libénter* 21 decémbris 1863.

N. B. Cum rationalismi systémate cohærent máximam partem erróres Antónii Günther, qui damnátur in Epist. ad Card. Archiep. Coloniensem *Eximiam tuam* 15 júni 1847, et in Epist. ad Episc. Wratislaviensem *Dolóre haud mediócri* 30 aprílis 1860.

§ III.

INDIFFERENTISMUS, LATITUDINARISMUS.

XV. Liberum cuique hómini est eam amplécti ac profitéri religióne, quam ratiónis lúmine quis ductus veram putáverit.

Litt. Apost. *Multiplies inter* 10 júni 1851.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

XVI. Hómines in cuiusvis religiónis cultu viam ætérnæ salútis reperire æternámque salútem ássequi possunt.

Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9 novémbris 1846.

Alloc. *Ubi primum* 17 decémbris 1847.

Epist. Encycl. *Singulári quidem* 17 mártii 1856.

XVII. Saltém benè sperándum est de ætérna illórum ómnium salúte, qui in vera Christi Ecclésia nequáquam versántur.

Alloc. *Singulári quadam* 9 decémbris 1854.

Epist. Encycl. *Quantó conficiámur* 17 augústi 1863.

XVIII. Protestantismus non aliud est quam diversa veræ ejusdem christi-
næ religionis forma, in qua æquè ac in
Ecclesiâ catholica Deo placere datum est.

Epist. Encycl. *Nôscitis et Nobiscum*
8 decembris 1849.

§ IV.

SOCIALISMUS, COMMUNISMUS, SOCIETATES
CLANDESTINÆ, SOCIETATES BIBILICÆ, SO-
CIETATES CLÉRICO-LIBERÁLES.

Ejúsmodi pestes sæpè gravissimisque
verbórum fórmulis reprobántur in Epist.
Encycl. *Qui plúribus* 9 novém. 1846;
in Alloc. *Quibus quantisque* 20 april.
1849; in Epist. Encycl. *Nôscitis et No-
biscum* 8 dec. 1849; in Alloc. *Singulári
quádam* 9 decemb. 1854; in Epist. Ency-
cycl. *Quantó conficiámur mærore* 10 au-
gústi 1863.

§ V.

ERRÓRES DE ECCLESIA EJUSQUE JURIBUS.

XIX. Ecclesiâ non est vera perféc-
taque societas planè libera, nec pollet
suis própriis et constantibus júribus si-
bi à divíno suo fundatóre collátis, sed
civilis potestátis est definíre quæ sint
Ecclesiæ jura ac límites, intra quos eá-
dem jura exercere queat.

Alloc. *Singulári quádam* 9 decem-
bris 1854.

Alloc. *Multis gravibusque* 17 decem-
bris 1860.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

XX. Ecclesiástica potestas suam auc-
toritatem exercere non debet absque ci-
vilis gubernii vénia et assensu.

Alloc. *Mémínit unusquisque* 30 sep-
témbri 1861.

XXI. Ecclesiâ non habet potestá-
tem dogmáticè definíendi, religiõnem

catholicæ Ecclesiæ esse unicè veram re-
ligiõnem.

Litt. Apost. *Multiplies inter* 10 jú-
ni 1851.

XXII. Obligatio, quâ cathólici ma-
gístri et scriptóres omnínò adstringún-
tur, coaretátur in iis tantùm, quæ ab
infallibili Ecclesiæ júdicio véluti fidei
dógmata ab ómnibus credénda propo-
nuntur.

Epist. ad Archiep. Frising. *Tuas li-
bénter* 21 decembris 1863.

XXIII. Románi Pontífices et Concí-
lia œcuménica à limitibus suæ potestá-
tis recessérunt, jura principum usur-
párun, atque étiam in rebus fidei et mo-
rum definíendis errárun.

Litt. Apost. *Multiplies inter* 10 jú-
ni 1851.

XXIV. Ecclesiâ vis inferéndæ potes-
tatem non habet, neque potestatem ul-
lam temporálem diréctam vel indiréctam.

Litt. Apost. *Ad apostólicæ* 22 augús-
ti 1851.

XXV. Præter potestatem episcopá-
túi inhærentem, alia est attribúta tem-
porális potestas à civili império vel ex-
pressè vel tácitè concéssa, revocánda
propterea, cum libúerit, à civili império.

Litt. *Ad apostólicæ* 22 augústi 1851.

XXVI. Ecclesiâ non habet natívum ac
legítimum jus acquiréndi ac possidéndi.

Alloc. *Núnquam fore* 15 decembris
1856.

Epist. Encycl. *Incredibili* 17 septém-
bris 1863.

XXVII. Sacri Ecclesiæ ministri Ro-
manúsque Póntifex ab omni rerum tem-
porálium cura ac domínio sunt omnínò
excludéndi.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

XXVIII. Episcopis, sinè Gubernii vé-
nia, fas non est vel ipsas apostólicas
litteras promulgare.

Alloc. *Nūquam fore* 15 decēbris 1856.

XXXIX. Grátia à Románo Pontífice concessæ existimári debent támquam irritæ, nisi per Gubernium fuerint imploratæ.

Alloc. *Nūquam fore* 15 decēbris 1856.

XXX. Ecclesiæ et personarum ecclesiasticarum immunitas à jure civili ortum hábuit.

Litt. Apost. *Multiplies inter* 10 júni 1851.

XXXI. Ecclesiasticum forum per temporálibus clericorum cáusis sive civilibus sive criminálibus omninò de médio tolléndum est, étiam inconsulta et reclamante Apostólica Sede.

Alloc. *Acerbissimum* 27 septēbris 1852.

Alloc. *Nūquam fore* 15 decēbris 1856.

XXXII. Absque ulla naturális juris et æquitátis violatióne potest abrogári personalis immunitas, quæ clerici ab ónere subeúndæ exercendæque militiæ eximuntur; hanc verò abrogatiónem póstulat civilis progréssus, máximè in societate ad formam liberioris regiminis constituta.

Epist. ad Episc. Montisregal. *Singularis Nobisque* 29 sept. 1864.

XXXIII. Non pertinet unicè ad ecclesiasticam jurisdictionis potestatem próprio ac natívo jure dirígere theologicarum rerum doctrinam.

Epist. ad Archiep. Frising. *Tuas libenter* 21 decēbris 1863.

XXXIV. Doctrina comparantium Romanum Pontíficem Príncipi libero et agénti in univérsa Ecclesia, doctrina est quæ médio ævo præváluit.

Litt. Apost. *Ad apostolicæ* 22 augústi 1851.

XXXV. Nihil vetat, alicujus Concilii

generális senténtia aut universorum populorum facto, summum Pontificatum ab romano Episcopo atque Urbe ad álium Episcopum aliámque civitatem transférri.

Litt. Apost. *Ad apostolicæ* 22 augústi 1851.

XXXVI. Nationális concilii definitio nullam áliam admittit disputatióne, civilisque administratio rem ad hosce términos exigere potest.

Litt. Apost. *Ad apostolicæ* 22 augústi 1851.

XXXVII. Institui possunt nationáles Ecclesiæ ab auctoritate Románi Pontíficis subdúctæ planèque divisæ.

Alloc. *Multis gravibusque* 17 decēbris 1860.

Alloc. *Jamdudum cernimus* 18 mártii 1861.

XXXVIII. Divisióne Ecclesiæ in orientálem atque occidentále nimia Romanorum Pontíficum arbitria contulérunt.

Litt. Apost. *Ad apostolicæ* 22 augústi 1851.

§ VI.

ERRÓRES DE SOCIETATE CIVILI CUM IN SE, TUM IN SUIS AD ECCLESIAM RELATIONIBUS SPECTATA.

XXXIX. Reipublicæ status, útpotè ómnium júrium origo et fons, jure quodam pollet nullis circumscripto limitibus.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

XL. Cathólicæ Ecclesiæ doctrina humanæ societátis bono et cómodis adversáur.

Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9 novēbris 1846.

Alloc. *Quibus quantisque* 20 aprílis 1849.

XLI. Civili potestati vel ab infidéli imperante exercitæ cómpetit potestas indirécta negatíva in sacra; eidem próinde cómpetit, nedum jus quod vocant

exequitur, sed etiam jus *appellationis*, quam nuncupant, *ab abusu*.

Litt. Apost. *Ad apostolicæ* 22 augusti 1851.

XLII. In conflictu legum utriusque potestatis, jus civile prævalet.

Litt. Apost. *Ad apostolicæ* 22 augusti 1851.

XLIII. Læica potestas auctoritatem habet rescindendi, declarandi ac faciendi irritas solennes conventiones (vulgò *Concordata*) super usu iurium ad ecclesiasticam immunitatem pertinentium cum Sede Apostolica initas, sinè hujus consensu, immò et ea reclamante.

Alloc. *In consistoriali* 1 novembris 1850.

Alloc. *Multis gravibusque* 17 decembris 1860.

XLIV. Civilis auctoritas potest se immiscere rebus quæ ad religionem, mores et regimen spirituale pertinent. Hinc potest de instructionibus judicare, quas Ecclesiæ pastores ad conscientiarum normam pro suo munere edunt, quin etiam potest de divinorum sacramentorum administratione et dispositionibus ad ea suscipienda necessariis decernere.

Alloc. *In consistoriali* 1 novembris 1850.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

XLV. Totum scholarum publicarum regimen, in quibus juvenus christiænæ alicujus Reipublicæ instituitur, episcopalis dumtaxat seminariis aliqua ratione excéptis, potest ac debet attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nullam alii cuiuscumque auctoritati recognoscatur jus immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in grádium collatione, in deléctu aut approbatione magistrorum.

Alloc. *In consistoriali* 1 novembris 1850.

Alloc. *Quibus luctuosissimis* 5 septembris 1851.

XLVI. Immò in ipsis clericorum seminariis methodus studiorum adhibenda civili auctoritati subicitur.

Alloc. *Nunquam fore* 15 decembris 1856.

XLVII. Pòstulat óptima civilis societatis ratio, ut populares scholæ, quæ patent omnibus cujusque et pòpulo classis pueris, ac pública univèrsim Instituta, quæ litteris severioribusque disciplinis tradendis et educationi juventutis curandæ sunt destinata, eximantur ab omni Ecclesiæ auctoritate, moderatrice vi et ingerentia, plenòque civilis ac polticiæ auctoritatis arbitrio subiciantur ad imperantium placita et ad communiùm ætatis opinionum amussim.

Epist. ad Archiep. Friburg. *Quum non sinè* 14 júli 1864.

XLVIII. Catholicis viris probari potest ea juventutis instituendæ ratio, quæ sit à catholica fide et ab Ecclesiæ potestate sejuncta, quæque rerum dumtaxat naturalium scientiam ac terrænæ socialis vitæ fines tantummodò vel saltè primariò spectet.

Epist. ad Archiep. Friburg. *Quum non sinè* 14 júli 1864.

XL. Civilis auctoritas potest impedire quominus sacerorum Antistites et fideles pòpuli cum románo Pontifice liberè ac mutuò communicent.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

L. Læica auctoritas habet per se jus præsentandi episcopos et potest ab illis exigere ut in eandem diocesium procuratoriam antequam ipsi canonicam à Sancta Sede institutionem et apostolicas litteras accipiant.

Alloc. *Nunquam fore* 15 decembris 1856.

LI. Immò laicum Gubernium habet jus deponendi ab exercitio pastorális ministèrii episcopos, neque tenètur obedire Romàno Pontífici in iis quæ episcopatum et episcoporum respiciunt institutionem.

Litt. Apost. *Multiplies inter* 10 júni 1851.

Alloc. *Acerbissimum* 27 septémbris 1852.

LII. Gubernium potest suo jure immutare ætatem ab Ecclesiã præscriptam pro religiõsa tam mulierum quam virorum professione, omnibusque religiõsis familiis indicere, ut neminem sinè suo permisso ad solèmnia vota nuncupanda admittant.

Alloc. *Nunquam fore* 15 decémbris 1856.

LIII. Abrogandæ sunt leges quæ ad religiosarum familiarum statum tutandum, earumque jura et officia pertinent; immò potest civile Gubernium iis omnibus auxilium præstare, qui à suscepto religiõsæ vitæ instituto deficere ac solèmnia vota frangere velint; pariterque potest, religiõsas eãsdem familias perindè ac collegiãtas Ecclesiã et beneficia simplicia etiam juris patronatus penitus extinguerè, illorumque bona et rēditus civilis potestatis administratiõni et arbitrio subjicere et vindicare.

Alloc. *Acerbissimum* 27 septémbris 1852.

Alloc. *Probè meminēritis* 22 januarii 1855.

Alloc. *Cum sæpè* 26 júlii 1855.

LIV. Reges et Príncipes non solum ab Ecclesiæ jurisdictione eximuntur, verum etiam in quæstionibus jurisdictionis dirimendis superiõres sunt Ecclesiã.

Litt. Apost. *Multiplies inter* 10 júni 1851.

LV. Ecclesiã à Statu, Statuque ab Ecclesiã sejungendus est.

Alloc. *Acerbissimum* 27 septémbris 1852.

§ VII.

ERRÓRES DE ÉTHICA NATURÁLI ET CHRISTIÁNA.

LVI. Morum leges divina haud egent sanctione, minimèque opus est ut humanæ leges ad naturæ jus conformentur aut obligandi vim à Deo accipiant.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

LVII. Philosophicarum rerum morumque scientia, itémque civiles leges possunt et debent à divina et ecclesiastica auctoritate declinare.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

LVIII. Aliæ vires non sunt agnoscendæ nisi illæ quæ in materia posita sunt, et omnis morum disciplina honestasque collocari debet in cumulandis et augendis quovis modò divitiis ac in voluptatibus explendis.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

Epist. *Encycl. Quantò conficiamur* 10 augústi 1863.

LIX. Jus in materiali facto consistit, et omnia hominum officia sunt nomen inane, et omnia humana facta juris vim habent.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

LX. Auctoritas nihil aliud est nisi numeri et materialium virium summa.

Alloc. *Máxima quidem* 9 júni 1862.

LXI. Fortunata facti injustitia nullum juris sanctitati detrimentum affert.

Alloc. *Jamdudum cernimus* 18 mártii 1861.

LXII. Proclamandum est et observandum principium quod vocant de *non-interventu*.

Alloc. *Novos et ante* 28 septémbris 1860.

LXIII. Legítimis princípibus obediéntiam detrectáre, immò et rebelláre licet.

Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9 novémbris 1846.

Alloc. *Quisque vestrárum* 4 octóbris 1847.

Epist. Encycl. *Nóscitis et Nobiscum* 8 decémbris 1849.

Litt. Apost. *Cum cathólica* 26 mártii 1860.

LXIV. Tum cujúsque sanctíssimi juraménti violátio, tum quælibet scélésta flagitiósaque áctio sempitérnæ legi repúgnans, non solúm haud est improbánda, verúm étiam omnínò lícita, summísque láudibus efferénda, quandò id pro pátriæ amóre agátur.

Alloc. *Quibus quantisque* 20 aprílis 1849.

§ VIII.

ERRÓRES DE MATRIMÓNIO CHRISTIÁNO.

LXV. Nulla ratióne ferri potest, Christum evexísse matrimónium ad dignitátem sacraménti.

Litt. Apost. *Ad apostólicæ* 22 augústi 1851.

LXVI. Matrimónii sacraméntum non est nisi quid contráctui accessórium ab eóque separábile, ipsúmque sacraméntum in una tantúm nuptiáli benedictióne situm est.

Litt. Apost. *Ad apostólicæ* 22 augústi 1851.

LXVII. Jure naturæ matrimónii vinculum non est indissolúbile, et in váriis cásibus divórtium própriè dictum auctoritaté civili sanciri potest.

Litt. Apost. *Ad apostólicæ* 22 augústi 1851.

Alloc. *Acerbíssimum* 27 septémbris 1852.

LXVIII. Ecclésia non habet potestátem impediménta matrimónium diri-

méntia inducéndi, sed ea potéstas civili auctoritaté cómpetit, à qua impediménta existéntia tollénda sunt.

Litt. Apost. *Múltiplices inter* 10 júni 1851.

LXIX. Ecclésia sequióribus sæculis diriméntia impediménta inducere cœpit, non jure próprio, sed illo jure usa, quod à civili potestáte mutuáta erat.

Litt. Apost. *Ad apostólicæ* 22 augústi 1851.

LXX. Tridentini cánones qui anathématis censúram illis inferunt qui facultátem impediménta diriméntia inducéndi Ecclésiæ negáre áudeant, vel non sunt dogmátici, vel de hac mutuáta potestáte intelligéndi sunt.

Litt. Apost. *Ad apostólicæ* 22 augústi 1851.

LXXI. Tridentini forma sub infirmitátis pœna non óbligat, ubi lex civilis áliam formam præstituat, et velit hac nova forma interveniénte matrimónium valére.

Litt. Apost. *Ad apostólicæ* 22 augústi 1851.

LXXII. Bonifácio VII. votum castitátis in ordinatióne emissum nuptias nullas réddere primus assérui.

Litt. Apost. *Ad apostólicæ* 22 augústi 1851.

LXXIII. Vi contráctus merè civilis potest inter christiános constáre veri nóminis matrimónium; falsúmque est, aut contráctum matrimónii inter christiános semper esse sacraméntum, aut nullum esse contráctum, si sacraméntum excludátur.

Litt. Apost. *Ad apostólicæ* 22 augústi 1851.

Léttera di S. S. PIO IX al Re di Sardegna, 9 settembre 1852.

Alloc. *Acerbíssimum* 27 septémbris 1852.

Alloc. *Multis gravibusque* 17 decembris 1860.

LXXIV. Causæ matrimoniales et sponsalia suapte naturâ ad forum civile pertinent.

Litt. Apost. *Ad apostolicæ* 22 augusti 1851.

Alloc. *Acerbissimum* 27 septembris 1852.

N. B. Huc facere possunt duo alii errores de clericorum celibatu abolendo et de statu matrimonii statui virginitatis anteferendo. Confodiuntur, prior in Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9 novembris 1846, posterior in litteris apost. *Multiplices inter* 10 junii 1851.

§ IX.

ERRORES DE CIVILI ROMANI PONTIFICIS PRINCIPATU.

LXXV. De temporalis regni cum spirituâli compatibilitate disputant inter se christianæ et catholicæ Ecclesiæ filii.

Litt. Apost. *Ad apostolicæ* 22 augusti 1851.

LXXVI. Abrogatio civilis imperii, quod Apostolica Sedes potitur, ad Ecclesiæ libertatem felicitatemque vel maxime conducere.

Alloc. *Quibus quantisque* 20 aprilis 1849.

N. B. Præter hos errores explicitè notatos, alii complures implicitè reprobantur, propòsita et assèrta doctrina, quam catholici omnes firmisimè retinere debeant, de civili Romani Pontificis principatu. Ejusmodi doctrina luculentè traditur in Alloc. *Quibus quantisque* 20 april. 1849: in Alloc. *Si semper an-*

tea 20 maji 1850; in Litt. apost. *Cum catholica Ecclesia* 26 mart. 1860; in Alloc. *Novos* 28 sept. 1860; in Alloc. *Jamdudum* 18 mart. 1861; in Alloc. *Máxima quidem* 9 junii 1862.

§ X.

ERRORES QUI AD LIBERALISMUM HODIERNUM REFERUNTUR.

LXXVII. Etate hac nostra non amplius expedit, religionem catholicam haberi tamquam unicam statûs religionem, cæteris quibuscumque cultibus exclusis.

Alloc. *Nemo vestrum* 26 julii 1855.

LXXVIII. Hinc laudabiliter in quibusdam catholici nominis regionibus lege cæutum est, ut hominibus illuc immigrantibus liceat publicum proprii cujusque cultûs exercitium habere.

Alloc. *Acerbissimum* 27 septembris 1852.

LXXIX. Enimverò falsum est, civilem cujusque cultûs libertatem, itemque plenam potestatem omnibus attributam quâslibet opinionones cogitationesque palàm publicèque manifestandi conducere ad populorum mores animosque facilius corrupendos ac indifferentissimi pestem propagandam.

Alloc. *Nimquam fore* 15 decembris 1856.

LXXX. Romanus Pontifex potest ac debet cum progressu, cum liberalismo et cum recènti civilitate sese reconciliare et componere.

Alloc. *Jamdudum cernimus* 18 martii 1861.

INDEX.

	PAG.
CENSÚRA.	5
BENÉVOLO LECTÓRI.	9
CAPUT I. De suppositiua contrarietate rationem inter, et revelationem.	41
CAPUT II. De rationalismo.	25
CAPUT III. De radicalismo, et socialismo.	41
CAPUT IV. De communismo.	49
CAPUT V. De pantheismo.	61
CAPUT VI. De magnetismo animáli, seu mesmerismo.	73
CAPUT VII. De systémate frænológico.	81
CAPUT VIII. De fatalismo.	87
CAPUT IX. De materialismo.	93
CAPUT X. De indifferentismo in matéria religionis, de libero exámine ac cultus libertate.	103
CAPUT XI. De matrimoniiis mixtis; et Ecclesiæ facultate impediménta matrimoniiis apponendi.	117
CAPUT XII. De dominio temporáli Papæ.	125
APPÉNDIX: De Inmaculáta Beatíssimæ Vírginis Mariæ Conceptione.	135
ENCYCLICA Pii IX.	137
SYLLABUS.	144

